¶ Dicit autor ꝙ si composita mutant 9 in i. vt ex in ꝛ facio componit inficio: tunc supinum tenet e. vt inficio infeci infectum.

Ut probat inficio/sed debes demere do go.

¶ In hoc versu ponitur exemplū regule precedentis cū dicitur. Ut probat inficio. Deinde ponit exceptionē cū dicit. Sed debes demere do go. Quasi dicat ꝙ verba in do ꝛ go terminata excipienda sunt a regula predicta: q: non habent in supino sicut regula presupponebat: immo retinēt illam literā quam habet suū simplex. vt ab occido occasum: qđ componitur ex ob. ꝛ cado. ꝛ exigo exactū: quod cōponitur ab ex et ago. deberemus enim dicere exectum et occesum.

dio di. **Dat di sumqꝫ dio/gio gi dat itūqꝫ supino.**

gio gi. ¶ Dicit ꝙ verba tertie cōiugatiōis in dio desinentia faciūt preteritū in di et supinū in sum vt fodio fodi fossum. Deinde dicit ꝙ terminata in gio. faciunt preteritum in gi ꝛ supinum in itum. vt fugio fugi fugitum.

pio ui. **Dat pio semper ui/sine cepi siue cupiui.**

¶ Dicit autor ꝙ verba tertie cōiugatiōis: desinentia in pio faciūt preteritum in ui. vt rapio rapui. sine cepi. i. excepto hoc verbo capio qđ facit cepi. et cupio cupis cupiui.

Ptum facit omne pio/sapioqꝫ cupioqꝫ remotis.

¶ Dicit ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in pio quomodocumqꝫ faciūt preteritum faciūt supinum in ptum. vt rapio rapui raptum. ꝛ capio cepi captum. Deinde ponit exceptionem dicens. Sapio cupioqꝫ remotis quia nō faciūt supinum in ptū. immo sapio facit sapitum. ꝛ cupio cupitū. Hoc magis declarat dicens.

Dat sapio sapui sapitum/ cupioque cupitum.
Dat peperi pario paritum partum de supino.

¶ Sententia est clara.

Dat si sumque tio/ sed utrolibet ss geminando.

¶ Autor dicit q verba terminata in tio faciunt si in preterito et sum in supino geminando ss in utroque: ut quatio quassi quassum.

Semper uo dat ui/ debet struo cum fluo demi.
Et pluo. de hinc utum producit dando supinum. — bo bi.
Xum fluxi/ struxi structum/ pluo ui dat et utum.

¶ Dicit q verba tertie coniugationis terminata in uo diuisas syllabas semper faciunt preteritum in ui diuisas syllabas: ut acuo acui. Struo et pluo et fluo excipiunt. Postea dicit q illa que faciunt preteritum in ui faciunt supinum in utum penultima producta: acui acutum. Ideo dicit. De hinc utum. etc. Xum fluxi. i. quod fluo facit fluxi in preterito et fluxum in supino. strui structum. pluo dat plui in preterito et pluitum in supino. anglice (to rayne).

Dat rutum ruo siue rutum: nonnullaque nullum.

¶ Dicit q ruo ruis facit ruitum vel rutum in supino. Nonnulla. i. aliqua verba nullum dant supinum: ut renuo renui: metuo metui.

Bo psi ptumque facit/ si littera longa preibit. — bo psi.

¶ In hac parte autor determinat de preteritis et supinis verborum tertie coniugationis desinentium in bo precedente littera longa. Dicit ergo sic. Bo. i. verbum tertie coniugationis in bo terminatum facit preteritum in psi et supinum in ptum. Ut nubo nupsi nuptum: quod est in uxorem duci. Et scribo scripsi scriptum.

Cetera bi faciunt/ preter que de cubo fiunt.

¶ Autor dicit q cetera verba tertie coniugationis ter. in bo. s. que non habent vocalem longam ante bo faciunt preteritum in bi: ut bibo bibi: preter illa que deriuantur a cubo cubas: que faciunt preteritum in ui: ut incubo bis incubui incubitum.

Et ni psi faciunt per itum bo cuncta supinant.

¶ Dicit q omnia verba tertie coniugationis in bo desinentia faciunt supinum in itum. Ut bibo bibitum: nisi faciant preteritum in psi: quia tunc faciunt supinum in ptum: ut scriptum.

Si co preueniat vocalis longa/ facit xi. — co xi.

¶ Autor dicit q verba tertie coniugationis desinentia in co habentia vocalem longam ante co faciunt preteritum in xi. Ut dico dixi: duco duxi.

Si co preueniat n vel s immediate. — co ci.
N vel s abiicitur/ hec ci facit illa facit ui. — co ui.
Hinc vinco vici sunt testes crescoque creui.

¶ Dicit q verba tertie coniugationis habentia n vel s ante co abiiciunt n et s in preterito. Et illa que habent n faciunt ci: ut vinco vici. et illa que habent s faciunt ui. ut cresco creui. Ideo dicit. Sunt testes crescoque creui.

Excipe conqueri didici compesco poposci

¶ Autor dicit q hec verba excipiuntur a regula predicta. s. conquinisco qd deberet facere conquinivi & facit conqueri. i. inclinare capite & sic de aliis.

Hec sunt verba quibus inceptio significatur
Et que preteritis caruerunt atqz supinis

¶ Autor dicit q etiam verba inchoativa excipiuntur ab illa regula. R vel s abiiciturque: q carent preteritis & supinis: vt calesco calescis.

Glisco preteritum conqueri tolle supinum.

¶ Quasi dicit q glisco gliscis caret preterito: et conquinisco caret supino.

Do si. **Ici preteritum prebens ico migrat in ictum.**

¶ Dicit q ico habet ici in preterito et ictum in supino. i. percutio.

Preteritum parco dat parsi siue peperci.

¶ Dicit q parco facit in preterito parsi siue peperci.

Xi vel ci dat ctum/ui tum facit/excipiasqz
Excipienda docet que dat ueo norma secunde

¶ Autor dicit q verba tertie coniugationis facientia preteritu in ci vel in xi faciut supinu in ctu: vt vinco/vici/victu: & dico/dixi/dictu. Deinde dicit q verba tertie coniugationis facientia preteritu in ui mutant ui in tu: vt cresco creui cretu. Ponit exceptione dicens. Excipias illa verba q faciut preteritu in ui. q norma secunde coniugationis terminata in ueo docet excipienda. Vn si vis videre ea que excipiuntur habeas recursum ad illa regulam in secunda coniugatione posita que incipit. Dat ueo ui per tum. &c.

Dant in itum disco compesco posco supina

¶ Quasi dicat q posco facit poscitum: compesco compescitu: et disco discitum: et hoc secundum artem & non secundum vsum.

Dat parsi parsum de se nullumqz peperci.

¶ Autor dicit q qn parco parcis facit parsi in preterito: facit parsum in supino: qn facit peperci in preterito caret supino.

In si do vertit/si per se longa preibit
Ante do vocalis cu si stri ce peqz remotis.
Hec faciunt cudi stridi cessiqz cecidi
Nullum sido gerit/quod turpe sonat fit in edi
Nulla supina gerens cessi creat ss sibi duplex.

¶ Dicit autor q verba tertie coniugationis desinentia in do mutat do in si in preterito si habeat vocale naturaliter longa ante do: vt ludo lusi. ledo lesi. Deinde ponit exceptionem dicens. Cu si stri ce peqz remotis: verba que intelliguntur per has syllabas: scilicet cu vt cudo/cudis/cudi/si vt sido/sidis/caret preterito & supino. Ideo dicit. Nullum sido gerit: stri vt strido/stridi.

ce vt cedo quod aliquando facit cessi:et aliquando cecidi. Illud quod tur pe sonat. scilicet quod habet turpem significationē fit in edi:vt pedo pe- dis pepedi:et caret supino. Ideo dicit. Nulla supina gerens. Deinde di- cit ꝙ cedo cedis cessi debet scribi per ss duplex.

A do composita formabunt di geminata.

¶ Autor dicit ꝙ cōposita a do das que sunt tertie ↄiugationis faciūt pre teritum in di geminando vltimam syllabam:vt reddo reddis reddidi.

His iunges prendo/dypthongus si tibi prebet.

¶ Autor dicit ꝙ hoc verbum prendo iungitur cum predictis: quia gemi nat preteritum. Deinde dicit ꝙ verbum terminatū in do habens dypthō gon ante do facit si in preterito.

Ante do si veniat i vel u simul n mediante
In di pretereunt:sed in his n demitur ante

¶ Autor dicit ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in do habentia i vel u ante do n mediante faciunt preteritum in di mutando do in di:sed n remouetur:vt fundo fundis fudi. findo findis fidi.

Tu geminas tundo tutudi dat sumq; supino

¶ Autor excipit hoc verbū tundo quod geminat preteritum et facit tu- tudi:et dat sum in supino. vt tusum. tundo est percutio.

Dat tundo tutudi donat tondere totondi
Tondeo dat tonsum:sed prebet tundere tusum.

¶ Hic ponit differentiā inter tondo et tondeo. Littera est clara.

Ante do dypthongus productaq; littera vel que
Do dedit/aut i vel u super n/prendoq; patescunt.
Nil aliud mutans prebet per cetera di do.

¶ Autor epilogat ea que dixit de verbis terminatis in do:vt aliā inferat regulam. Et dicit ꝙ habentia dypthongon ante do:vt claudo:⁊ litteram productā:vt ludo:et illa que componuntur ex do das:vt reddo:et illa que habent i vel u ante do n mediante:vt scindo et fundo:et hoc verbū pren- do prendis patescunt.i.manifesta sunt:vt supra. Deinde infert regulam dicens ꝙ alia verba in do terminata prebent di in preterito:nil aliud mu- tando nisi do in di:vt scando scandi.

Diuido si demas et que fiunt geminanda.

¶ Hic ponit exceptionē a regula predicta dicens. Tu demas.i.excipias hoc verbū diuido qđ habet diuisi:⁊ illa verba que geminant preteritum: vt cado cadis cecidi/tendo tetendi/pendo pependi vel pendi.

De supi- nis i do.

Do sum prebet in his.exceptis a dare natis
Ista supinantur per itum quotiens geminantur
Abscondo dat itum geminās di non geminans sum

¶ Dicit autor q in his verbis predictis do mutat̃ r in sum formando supinũ: vt ludo lusum. claudo clausum. diuido diuisum. Deinde ponit exceptionem dicẽs. q deriuata ab hoc verbo do das excipiuntur: qm ista supinãtur in itum quotiẽs geminantur: vt reddo reddis reddidi redditum. Deinde dicit q abscondito facit absconditum vel absconsum: absconditũ quando facit adscondidi / absconsum quando facit abscondi.

A quibus eripitur penultima si breuiatur
Additur s duplex si longa sit s tibi simplex

¶ Dicit autor q ṽba tertie cõiugationis quibus n eripit in preterito si penul. preteriti breuiet geminat s in supino. vt scindo scidi scissũ: et si penultima sit longa faciũt supinum in sum p simplex s: vt fundo fudi fusum.

Dat passum pando subducit n s geminando.

¶ Dicit q pando dis. remouet n in supino et geminat s ꝛ facit passum.

Pando pati pateo passum fecere supino.

¶ Dicit q pando pati patior eris. ꝛ pateo / tes. faciũt in supino passũ / su.

Dat tendo tensum tum quet ꝛm compositorum.

¶ Dicit q tẽdo dis. facit tẽsũ in su. et quedã cõpositoꝝ faciũt tũ. vt ptẽdo tũ.

Edi donat edo sum donans stumqꝫ supino.
Nec sua composita cogunt geminare supina.

¶ Autor dicit q edo es est facit edi in preterito: et esum vel estũ in supino. et hoc sua cõposita non cogũt duplicare supina. Nãqꝫ pro qꝫ ambedo dat ambesum. comedo comestum. Ideo subditur versus sequens.

Nãqꝫ dat ambesus esum comedoqꝫ comestum.

¶ Iste versus patet ex precedentibus.

Go. si. **Si facit r go nisi sint a rego nata: sed in xi.**
Cetera sunt: pun / pan / le / tan: sed demas ꝛ a fran
Hec cum compositis dant gi tribus a lego demptis.
Hec intelligo diligo negligo que faciunt xi.

¶ In hac parte autor determinat de preteritis ꝛ supinis verboꝝ desinẽtiũ in go dicẽs. q verba desinẽtia in go habẽtia r ante go faciũt preteritũ in si: vt tergo tersi. mergo mersi. nisi sint nata. i. deriuata a rego. Sed cetera que nõ habent r ante go faciũt preteritũ in xi: vt tego texi. Sed excipiũtur pũgo / lego / pãgo / tãgo / ago ꝛ frãgo: que cũ coꝝ cõpositis faciũt preteritum in gi. Exceptis tribus cõpositis a lego: que faciũt xi. vt in textu.

Preteritum triplicat et sensum pango pacisci.
Dat pepigi panxi dat cantus iungere pegi.

¶ Quasi dicat q pango pangis habet triplex preteritũ ꝛ triplex significatũ. Nã aliqñ stat pro facere pactũ: ꝛ tũc facit pepigi. Aliqñ facit panxi: et stat pro cantare. Et aliqñ stat p iungere: et tunc facit pegi. vt in versibus

et neruis compegisti me.

Tango facit tetigi: sed ago et frango dat egi

¶ Dicit q̄ tango tangis facit tetigi in preterito. Sed ago et frango faciunt preteritum in egi. vt egi fregi.

Preterito duplici duo significat / stimulando.
Pungo facit pupugi / punxi punctos numerando

¶ Dicit q̄ pungo gis: significat duo. i. habet duas significatiões duplici preterito. i. s̄m duplex preteritū facit. pupugi stimulando. i. qñ stat pro stimulare. facit punxi qñ stat ꝓ numerare punctos.

Dego degi dabit / que dat rego xi sociabit

¶ Dicit q̄ hoc verbū dego degis ꝓ viuere facit degi in p̄terito. Deinde dicit q̄ deriuata a rego regis faciūt p̄teritū in xi. vt dirigo direxi.

Dans go si sum dat / per ctum gi xiq̄ȝ supinant

¶ Dicit q̄ verba tertie cōiugatiōis p̄tereūtia ī si supināt in sum vt tersi tersū. Et p̄tereūtia in gi vel in xi supināt in ctū. vt legi lectū. texi tectum.

I vel a si p̄reit venit n mediante supino.
Semper n eripitur / cin tin et an excipiantur

¶ Dicit q̄ verba tertie cōiugatiōis ī go desinētia habentia i vel a ante go n mediāte: semp̄ n eripitur ī supino. vt iūgo gis. iūxi iūctū. et frāgo gis. fregi fractū. Excipiunt verba itellecta per has syllabas: videlȝ cin vt cingo tin vt tingo. an vt ango. qui retinēt n in supino. et hoc declarat ī sequētibus

N retinet ango cingo tingoq̄ȝ supino.
Et plango iungo planxi ctum degoq̄ȝ nullum

¶ Dicit q̄ ista verba retinēt n in supino: lȝ habeāt i vel a ante go. n mediante: vt ango anctum: cingo cinctū. tingo tinctū. plāgo planctū. pango pā xi panctum. dego degis nullum habet supinum.

Dat fixi fixum sed dic de fingere fictum.

¶ Dicit q̄ figo figis fixi facit fixū in supino: et fingo fingis facit fictum.

Ho xi ctumq̄ȝ facit dat ui lo ni gemınetur — Ho xi.
L ibi tūc per li lo p̄terit excipe vulsi / vel velli — Lo ui.

¶ Dicit q̄ verba desinētia in ho faciunt preteritū in xi et supinū in ctum. vt traho traxi tractū. Deinde dicit q̄ desinētia in lo non geminātia l preterēūt in ui diuisas syllabas. vt colo colis colui. Notanter dixit. Ni geminetur l. q: ibi scȝ quo l geminat tunc lo mutat in li formando preteritū. vt vello vellis velli. tñ excipitur inquantum facit vulsi.

L duplex repetit mutā si muta p̄ibit.

¶ Dicit q̄ qñ verbum in lo terminatum duplicat l muta precedente l existente in principio prime syllabe: tunc illa muta geminatur in preterito: vt fallo fefelli. pello pepuli.

Tollo tuli psallo psalli/dat salloq3 salli

¶ Autor dicit q modum exceptionis q ista verba tollo psallo et sallo licet geminant l in presenti ? habeant mutam in principio prime sillab e tamen non geminant preteritum

L simplex dat tum/sed sum geminata supino

¶ Dicit q desinentia in lo per simplex l faciunt supinum in tum: vt colo cultum: sed habentia duplex ll faciunt in sum supinum. vt fallo fefelli falsum. pello pepuli pulsum.

Tum vel itum dat alo caret omni malo supino
Psallere nollo caret/alienum dat tibi tollo.

¶ Ponit exceptionem dicens q alo alis dat alitum vl' alitũ i sup' o. Malo caret omni supino Psallere. i. psallo ? nolo caret sup'o. Tollo tollis dat tibi alienum supinum: videlicet sublatum sustuli a verbo suffero.

Mo dat ui dat itum: premo preter emoq3: sed illa
Excipias quibus est per se penultima longa
Nam si preterito tunc reddunt ptũq3 supino

¶ Dicit q verba desinentia in mo faciũt preteritum in ui: vt tremo is: tremui: preter emo ? premo de quibus statim dicet. Sed excipias illa verba quibus est per se penultima lõga que faciunt p̄teritũ in psi: et supinum in ptum: vt promo promis prompsi promptum.

S geminando si sum premo/emo mi dat ? emptum

¶ Dicit q premo facit pressi in preterito et pressum in supino geminãdo s. Emo emis facit emi in preterito et emptum in sup no.

No ui. **No dat ui g vel o si presit et a cano nata**

¶ Dicit q desinẽtia in no g vel o p̄cedẽte faciunt preteritũ in ui: vt gigno is: genui: vt pono posui. Et nata. i. deriuata a cano: vt precino precinui.

Ante no psi facit m/preter cano cetera ui dant

¶ Dicit autor q habẽtia m ante no faciũt preteritum in psi: vt contemno cõtẽpsi. Cetera vero q̃ non possunt cõtineri sub regulis p̄dictis faciũt preteritũ in ui: vt sterno straui: preter cano quod facit cecini.

Dat lino lini vel liui deinde litum dat.

¶ Dicit autor q lino habet duplex preteritũ: videl3 lini et liui: ? nõ est in vsu in simplicitate: sed in cõpositione ita: videlicet oblino oblinis.

No per ui dat itum/nisi natis a cano/nam tum.
N precedit in his: psi ptũ dat. viq3 facit tum.

¶ Dicit autor q verba tertie cõiugatiõis desinẽtia in no facientia p̄teritũ in ui faciũt supinũ in itum: vt gigno gignis genui genitũ. Sine natis a cano. i. verbis deriuatiuis a cano canis: nã n precedit in his deriuatis a cano: vt precino precinui precentũ. Psi ptum dat. i. faciẽns preteritum in psi dans

supinum in ptū. Vt contēno contēpsi contēptū. Uicq; facit tū. i. facientia p̄teritum in ui faciūt supinum in tū. Vt sterno straui stratum.

Po dat ui dat itum breuis e si preuenit: m pi Po ui.
Ptumq; remota facit: psi cetera ptumq; dedere

¶ Dicit q̄ verba desinentia in po e breui precedenti faciūt preteritum in ui. et supinum in itū vt strepo strepui strepitū. Si vero m sit ante po m remouetur et po mutatur in pi vt rumpo rupi. et supinū facit ruptū. Cetera vero que non habent e breuem nec m ante po. faciunt preteritum in psi. et supinū in ptū vt repo repsi reptum.

Dat linquo liqui / coquo coxi ctum dat vtrumq; Quo.

¶ Dicit q̄ linquo linquis faci: liqui in preterito. et coquo coxi. vtrumq; facit supinū in ctum. vt lictū et coctum.

Ro ui tumq; facit / ge cur excipienda ver vq; Ro ui.
Dat si stumq; gero velut vro / curro cucurri
Cursum / ri vel si verro versūq; supino.

¶ Dicit q̄ verba desinētia in ro faciūt p̄teritū in ui. et supinū in tū. vt tero triui tritū. Excipiēdo verba ītellecta p̄ has syllabas. videl; ge. i. gero. cur. i. curro. ver. i. verro. v. i. vro: q̄ faciūt preteritū et supinū vt patet in littera

Quero quesiui. quesitum redde supino
A sero composita serui sertumq; dedere
Insero sic format et consero vicq; situm dat
Sic sero formauit prius et sensum duplicauit.

¶ Cōposita a sero seris faciunt preteritum in ui et supinū in tū. Ideo dicit Insero sic format et consero conserui cōsitū. Ideo dicit. Et cōsero vicq; sitū dat. Deīde reddit causā huius ponendo regulā de sero seris. et dicit. Sic sero formauit prius et sensum duplicauit. Quasi dicat q̄ sero seris anteq̄ esset compositū formauit preteritū sic vt dictū est. sc; in rui et in ui. vt sero serui et seui. et geminat preteritū supinum et significatū. Nā inquantū facit serui stat pro inserere. et inquantū facit seui stat p̄ seminare.

So siui sitūq; facit. sed deme capesso So siui.
Quod sisūq; tenet sic viso sicq; facesso

¶ Dicit q̄ desinētia in so faciūt preteritū in siui et supinu; in sitū. vt lacesso lacessis lacessiui lacessitū. Sed deme. i. excipe capesso qđ facit capessi in preterito et capessum in supino. Uiso visis. et facesso facessis sic. i. similit̄ faciunt. et sunt verba desideratiua.

Pinso preteritum per ui formando dat istum

¶ Dicit q̄ pinso pinsis facit pinsiui in preterito et pistum in supino.

Ante to c veniens in xi to mutat in xum To xi.

¶ Dicit autor q̄ desinentia in to c precedente mutant cto in xi in preteri-

to s cto in sum in supino. Vt flecto flexi flexum.

Datqꝫ xui pecto pariter xi sic quoqꝫ necto.

¶ Dicit ꝙ pecto facit pexui in preterito vel pexi. & similiter necto.

Ante to verba duo retinent r absqꝫ supino.

Prebet ui sterto/ti format sum quoqꝫ verto.

¶ Dicit ꝙ duo verba habēt r ante to. vt sterto stertis. & verto vertis. sterto facit stertui in preterito et caret supino. Verto facit verti in preterito. et versum in supino.

E duo corripiunt quorum peto vi facit et tum.

S geminando sui format meto deinde facit sum.

¶ Dicit autor ꝙ duo verba habent e breuem ante to. scȝ peto & meto. peto facit petiui in preterito & petitum in supino. Meto facit messui in preterito. et messum in supino geminando s.

Dat si sum mitto/tamen s geminando supino.

¶ Dicit ꝙ mitto is facit misi in p̄terito & missū in supino geminando s.

Dat sisto statui si transeat atqꝫ statutum.

Et si sit neutrale sisti nullum de supinum.

¶ Dicit ꝙ hoc verbum sisto sistis si transeat. i. si est trāsitiuū facit statui in preterito & in supino statutum. Et si sit neutrale. i. neutrū absolutum facit sisti in preterito. & caret supino.

Uo ui. L uo preueniens de uo ui format ꝫ utum.

¶ Dicit ꝙ habentia l ante uo faciunt preteritum in ui mutando uo in ui & supinum in utum. vt voluo volui volutum.

Longaqꝫ precedens vocalis xi facit ꝫ ctum.

¶ Dicit ꝙ verbum habens vocalem ante uo facit preteritum in xi. Vt viuo vixi. & supinum facit in ctum. vt victum.

Xo ui. Xo dat ui xum. nexo texo quoqꝫ textum.

¶ Dicit ꝙ desinentia in xo faciunt preteritum in xui. Vt nexo nexui. texo texui nexo facit nexū in supino: et texo facit textum.

¶ De quarta coniugatione.

Post predicta vide que sit formatio quarte.

¶ In hac parte autor determinat de preteritis & supinis verborum quarte coniugationis. Et primo cōtinuat cū precedētibus dicens. Post predicta vide que sit formatio quarte.

Ui vel ui vel ii/ri/si/ni/xi/quoqꝫ psi dat.

¶ Autor ponit gñaliter oēs terminationes preteritoꝝ verborum quarte cōiugatiōis dicēs. Quarta cōiugatio dat in p̄teritis has terminatiōes: videlȝ in ui vt audio audiui. vel in ui. vt salio salui. vel ii vt salio salii. vel ri vt repperio repperi. si vt sensio sensi. xi vt vincio vinxi. psi vt sepio sepsi

ni: vt venio veni: et suum compositum: vt inuenio inueni.

Dat cio xi quotiens n preuenit hac sine dat si. Cio xi.

¶ Dicit q verba quarte coniugationis desinentia in cio n precedente faciunt preteritũ in xi: vt vincio vinxi. Hac sine dat si. i. desinentia in cio sine hac littera n dant si in preterito. vt farcio farsi.

Non sine compositis debent dissyllaba demi.
Hec faciunt iui: sic format sanxio sanxi.

¶ Ponit exceptionẽ a regula predicta dicẽs. q verba dissyllaba. i. duarũ syllabarũ in cio desinẽtia debent demi. i. excipi non sine cõpositis: qr etiã cõposita excipiunt. hec enĩ faciũt in iui. vt scio sciui. nescio nesciui. Deinde dicit q sanxio sic format preteritũ: quia facit sanxiui vel sanxi.

De verbis quarte que dat cio dicta notate.

¶ Epilogando dicit magister. Decet notare de verbis quarte coniugationis terminantibus in cio: et illa que dicta sunt: quia dicit q sufficienter dictum est. Ideo dicit q sunt notanda ea que dixit.

Cetera preteriti vocem fecere per iui.

¶ Autor dicit q verba quarte cõiugationis que nõ põt cõtineri in regulis predictis faciunt preteritum in iui: vt audio audiui. seruio seruiui.

Sed legem cassant hanc cassus et inde creata.
Haurio sentio sepio si dant/ui cambio vel psi.
Dat veni venio sic que componis ab illo.
Dat salio salui salii quoqz siue saliui.

¶ Autor ponit exceptionẽ a regula predicta dicens. Cassus. i. verba intellecta per has sex litteras contentas in hac dictione cassus. cassant. i. distribuunt hanc legem. id est regulam predictã. Per c/intelligitur ambio/cambio: quod facit campsi vel cambiui. per a/haurio hauris hausi. per s/sepio sepsi. per s/sensio sensi. per u/venio veni. et eius composita: vt reuenio reueni. per s/salio salui salii/vel saliui: sed tunc non excipit. Hoc etiã intelligitur de compositis eorum: vt exhaurio exhausi. Et ideo dicit. Et inde creata.

Queqz parit pario simul excipiantur et aio.

¶ Dicit etiã q illa verba que pario parit per cõpositionẽ debent excipi a regula supradicta: qr nõ faciũt in iui: imo faciũt sicut statim dicet. Et hoc verbo aio ais excipit: de quo dabitur doctrina in capitulo de anomalis y defectiuis. Nota q pario paris in simplicitate est tertie coniugationis. in compositione vero quarte: vt reperio.

A pario dant nata rui nisi quod reperire.
Comperioqz peri faciendo preteriere.

¶ Autor dicit q deriuata a pario paris: faciunt preteritũ in ui: vt aperio operui: nisi cõperio qd facit comparui et comperi. reperio reperi.

Capitulum quintum.

In xi p̄terita per tum fecere supina.
¶ Dicit ꝙ facientia p̄terita in xi faciūt supinū in ctū. vt vincio vinxi vinctū.
L p̄eeunte vel r si tum facit his sine dat sum.
¶ Autor dicit ꝙ facientia preteritū in si l vel r p̄cedēte faciūt supinū in tū vt farsio farsi fartum. ⁊ fulsio fulsi fultū. Facientia vero preteritū in si sine his l̄ris scȝ l vel r faciunt supinum in sum. vt sensio sensi sensum.
Excipias haustum dans haurio sepio septum.
¶ Hic autor ponit exceptionē a regula predicta dicēs. ꝙ haurio et sepio licȝ faciāt p̄teritū in si tn̄ excipiunt: qr haurio facit haustū. ⁊ sepio septum.
Ut venio sic dant ab eo venientia ventum.
Et quicquid parit pario r p̄eeunte facit tum.
¶ Dicit ꝙ venio et eius composita supinantur in tum. Et composita de pario faciunt tum r preeunte.

De supinis i itū.

Iui p̄teritum semper transfertur in itum.
¶ Dicit ꝙ facientia preterita in iui faciūt supinū in itū: vt audiui auditū.
Dat salio saltum dum ui facit excipiendum.
¶ Dicit ꝙ qū salio facit salij vel salui in preterito: facit saltū in supino: et quando facit saliui facit salitū: et tunc non excipitur.
I quibus eripitur duo deme supina sepultum.
Quod sepelire facit/ amicire figurat amictum.
¶ Quia superius dixit facientia preteritū in iui faciūt supinū in itū. Ideo dicit ponēdo exceptionē de istis verbis sepelio ⁊ amicio que cū deberent facere sepelitū et amicitū: abijciunt i et faciunt sepultum et amictum.
A queo composita vel eo b̄euiare supina.
Constat et ambitum non corripit ambio solum.
¶ Quia superius dixit ꝙ facientia preteritū in iui faciūt supinū in itum penultimā producendo. Modo ponit exceptionē de compositis ab eo is et queo quis: dicens ꝙ corripiūt penultimā supini: vt nequeo nequiui nequitum: ⁊ transeo transiui transitum. Sed hoc verbum ambio ambis non corripit: immo producit penultimā supini: vt ambio ambis ambiui ambitum. Et si obijciatur de hoc verbo superbio superbis quod ꝓducit penultimam supini. Dicatur ꝙ non est compositum de super et eo: sed est deriuatum de superbus superba superbum.

¶ De p̄teritis et supinis verboꝝ deponentalium.

Si reperire cupis ex deponente supina.
Actiuam finge vocem formaqȝ per illam.
Sicut letatum veritum sed plurima verba.

Illa creant aliter/probat hoc ratus atqꝫ misertus.

¶ Superius autor nos docuit formare preterita ꝛ supina verboꝝ tã actiuoꝝ ꝙ neutroꝝ. Hic aũt incẽdit determinare de supinis verboꝝ deponẽtaliũ: siue de supinis verboꝝ habẽtiũ passiuã vocẽ: ꝛ dicit. Si tu cupis reperire supina ex deponentali verbo: debes fingere vocẽ actiuã et supponere qꝺ habeat verbũ in o terminatũ ꝛ formare ꝑteritũ ꝛ supinũ ſm illaꝫ vocẽ actiuã: et reperto supino illius verbi actiue vocis immediate habebis supinũ verbi deponẽtis qꝺ sic̃ est. Ex quo quidẽ supino ꝛ v̾bo sũ es est poteris supplere preteritũ illius verbi deponẽtis. De hoc autor ponit exẽplũ dicẽs. Sicut letatũ veritũ. Presupponamus ꝙ inueniat̃ leto/tas. hoc tale verbũ leto/tas. faceret letaui ꝑ illã regulã. As in preterito ui. ꝛc̃. et faceret letatũ in supino ꝑ illã regulã. Regula que formã. ꝛc̃. Ex q̃ scire possumus ꝙ letatũ est supinũ huius verbi letor letaris: ex quo supino et v̾bo sum es est supplet̃ preteritũ v̾bi vꝫ capiẽdo participiũ ꝑteriti tꝑis ab ipso supino deriuatũ: vt dicẽdo letatus sũ vel fui. Sil'r possum⁹ dicere de verui ꝑ illã regulã. De deo deqꝫ geo leo vel queo vel ueo dicta. Sufficiunt in ui diuisas. ꝛc̃. ꝛ eius supinũ veritũ ꝑ illã regulã. Que dãt preterita ꝑ ui caruere supino. Ni faciũt in itũ. Eodẽ mõ ꝑ cetera discurrẽdũ est. Sed plurima v̾ba excipiunt̃ que aliter faciũt supina ꝙ dictũ est. Probat hoc ratus atqꝫ misertus. Fingamus ꝙ reo res reperiat̃: eius ꝑteritũ faceret reui per illã regulã. De deo deqꝫ geo. ꝛc. ꝛ supinũ reitũ: vel careret. Et sic deberemus dicere ꝙ in ꝑterito de reor faciet reuitus sũ vel fui. aut careremus tali preterito: sed qꝛ facit ratus: nõ excipit̃. Preterea fingemus ꝙ inueniat̃ misereo/misetes. eius preteritũ faciet miserui ꝑ illã regulã. De deo deqꝫ geo. ꝛc. et supinũ faciet miseritũ. Et per ꝯñs misereor faciet miseritus sum vel fui. Et quia facit misertus sum vel fui: ideo excipitur.

Dat fateor fassum nullum liquor medeorqꝫ.
Et vescor cum reminiscor illis adiungere debes.

¶ Dicit ꝙ fateor facit fassum: deberet enim facere fatitũ fingendo vocẽ actiuam. Deinde dicit ꝙ liquor/ris: et medeor mederis: vescor vesceris: ꝛ reminiscum nullum habent supinum.

Nec circũloquium non seruant preteritorum.

¶ Quasi dicat ꝙ predicta verba carẽt supinis ex eo ꝙ nõ seruant circumloquium preteritoꝝ. i. carent suppletione preteritorum: qm̃ carẽt supinis quibus deficientibus necessario deficit suppletio preteritorum.

Disce supina dare per deponentia terne.

De deponẽtalib⁹ tertie coniugationis.

¶ Magister dicit. O lector disce dare supina ex verbis deponẽtalibꝫ tertie coniugationis non seruantibus regulam predictam: videlicet. Si reperire cupis. ꝛc. Hec patent in sequentibus.

Gressus commentus fruitus fretusqꝫ profectus.
Et fretus lapsus nactus quoqꝫ pactus adeptus.
Ultus et iratus oblitus functus et vsus.

Questus complexus nisus vel dicito nixus.

¶ Autor dicit q̄ ista que in lr̄a ponuntur nō formant̄ur sm̄ vocē supinā: videlicet gressus de gradior. nam deberet facere grassus sicut vocē activa scilz gradio: p̄ regulā. Dat di sūq3 dio. Eodē modo discurrēdum est p̄ cetera. Et si aliqua reperias q̄ formant̄ur scd̄m vocē activā dicas q̄ de ipsis est doctrina ꝛ nō exceptio: vt iratus quod venit ab irascor: fingamus vocē activam: scz irasco: faciet irasui per illam regulam. Ui vel o abijcitur et faciet iratum per illam regulam. Ui cum facit. Ideo patet q̄ non excipitur: sed est doctrina. Commentus venit a comminiscor. Fruitus fructus. ꝛ fretus a fruor. Profectus a proficiscor. Ultus ab vlciscor. Oblitus ab obliuiscor Functus a fungor. Usus de vtor. Questus de queror. Complexus de cōplector. Nixus et nisus de nitor.

Ortus ꝛ oriturus dic mortuus et moriturus.

¶ Autor dicit q̄ orior et morior cū sint tertie vel quarte cōiugationis: habent preteritū iuxta tertiā cōiugationē: vt ortus sum: ꝛ mortuus sū. Participia vero futuri tp̄is iuxta quartā: et oriturus et moriturus: penultima correpta: quam deberent producere per illā regulam. In iri preteritum.

Hinc experrectus faciunt loquor ꝛ sequor utum

¶ Autor dicit q̄ expergiscor facit experrectus sum. loquor loquutus sum. sequor sequutus sum.

Dat tutum tueor / tuitum tuor ambo tueri.

¶ Autor dicit q̄ tueor facit in supino tutū. tuor facit tuitum: sed ambo faciunt tueri in infinitiuo modo.

Dat nascor natum. dat mensum metior. orsum

Ordior. et passum patior. potior q3 potitum.

¶ Sententia est clara in textu.

Credo q̄ exosus verbo caret atq3 perosus.

¶ Autor dicit q̄ est opinionis q̄ exosus quod idem est q̄ odio habens: ꝛ perosus quod idem est: carent verbo. id est a nullo verbo deriuantur. licet sunt nomina et non participia: tamen super hoc possunt fieri questiones quas ad presens pretermitto.

¶ Capitulum sextum de defectiuis ꝛ anormalis.

Donatum sequere per verba fruentia lege.

¶ In isto capitulo autor intendit determinare de verbis defectiuis et anomalis. Et primo dicit q̄ tu debes sequi donatum per verba fruentia lege. i. regula. Quasi dicat q̄ tu debes variare verba regularia sicut donatus insinuat. Nam de verbis irregularibus dabo tibi doctrinam: vt patebit in sequentibus.

Dic duc fac ꝛ fer et que componis ab illis.

De verbis defectiuis ⁊ anormalis.

¶ Dicit ꝙ ista verba dico/cis. duco/cis. facio/cis. ⁊ fero/fers sūt irregularia in prima voce imperatiui: q2 deberemus dicere dice/duce/face/⁊ fere: ⁊ dicimus dic duc fac et fer. Et forte hoc ad differētiam gti et dti huius nois dica dice/fera fere. ⁊ ablti huius dux et fac. Similiter est dicendū de compositis eoꝝ: vt benefacio/cis. imperatiuo modo benefac. ⁊c̄.

Cum facit a vertit in i verbi regula seruit.

¶ Autor dicit ꝙ facio/cis. qñ mutat a in i in cōpositione: tūc regula verbi seruit sibi. i. qñ irregulariter declinat: vt inficio/cis. impatiuo mō infice.

Jn ui preteritum de se dat tempora quedam.
Syncopat. hinc deme dissyllaba: quodqꝫ fit inde.

¶ Dicit ꝙ preterita in ui terminata syncopāt quedā tpa data de se. i. aliquas voces ab ipsis deriuatis. Uerbi grā. Preteritum huius verbi amo amas facit amaui: ⁊ ab ipsis deriuat amauisti: qd aliqñ sincopatur: ⁊ dicimus amasti pro amauisti: ⁊ sic de similibus. Sed notāter dicit. Tempora quedam: q2 nō oīa sincopantur: sed aliqua. Neqꝫ debemus sincopare nisi reperiant ab autoribus sincopata. ꝟ. Syncopa si fuerit veterum vestigia seruet. Deinde ponit exceptionē dicēs. Hinc deme dissyllaba. i. preterita duarū syllabarū: ⁊ illa que ab eis deriuant: q2 talia nō patiuntur syncopā: vt neo nes neui neuisti. deneo deneui deneuisti.

Jnuenies nosti flesti flasti quoqꝫ scisti.

¶ Nunc autor ponit exceptionem a regula predicta dicens ꝙ preterita in littera posita: licet sint dissyllaba. i. duarū syllabaruꝫ in prima persona: tamen inueniūtur syncopata. Exemplum: vt pro nouisti nosti: pro fleuisti flesti. pro flauisti flasti. et pro sciuisti scisti. ⁊c̄.

Cum verbum quod habet quarto casu sociari.
Participans tempus dare preteritum videamus.
Et careant illo que non licet addere quarto.
Preteritum verbi damus istis participantis.
Nunꝙ preteritum nunꝙ vel raro supinum.
Ambigo compesco disco posco tremo glisco.
Lambo vel lingo metuo timet horreo caluo.
Linquo vel sugo paueo fugit horreo scando.
Mando cum scabo scalpo coniungito cerno.
Accusatiuis tamen hec possunt sociari.

¶ Autor dicit ꝙ verba que habēt cōstrui cū acto ꝑ naturā propriā possunt habere participium preteriti tpis: scꝫ in passiuis eoꝝ: et per consequens eadē possunt habere supinū: vt amo amatū. amor amatus sum. Jlla vero que nō possunt vel non habēt cōstrui cū acto carent preterito tpe participij: vt seruio seruiui: nō enī reperit seruitus sum. Tamen aliqua sunt que

licet possint construi cũ actõ casu nõ habẽt preteritum participiũ nec habent supinũ: et si habẽt raro hoc ↄtingit. Et ista sunt que in ista numerantur: scʒ ambigo/cõpesco. ⁊c. De quibus verbis cũ aliqua sint ambigua et obscura ista declarabo. Ambigo pro dubitare. Compesco. i. constringere. Caluo. i. decipere. Sugo (to soke). Scando (to clymbe). Mando. i. comedo. Scabo (to clawe). Scalpo idem est.

Dices de neutris ꝙ raro participantis.
Seruant preterita sed multis adde supina.
Dicqʒ fere cuncta per rus formare futura.
Inde tamen tollis ea que caruere supinis.

¶ Dicit ꝙ neutra raro habẽt preteritũ participiũ. i. preteritũ perfectũ ex suppletione participij ⁊ huius verbi sum es: sed multa habent supina: vt seruio seruitum/obedio obeditum. ⁊ fere oĩa habẽt participiũ in rus: vt seruiturus/obediturus. Tñ excipiuntur ea que carent supinis que etiã carent participijs in rus. Ideo dicit. Inde tñ tollis. ⁊c. Que aũt sũt illa neutra que habẽt preteritum et non supina declaratur vt infra.

Preteritum neutra dant hec. desuntqʒ supina.
In rus par ratio facit illa carere futuro.
Estuo sterto mico rudo strido strideo psallo.
Conqueri parco predictis annumerabis.
Ut docui iunge preter sex neutra secunde.
Sex retinẽt neutra pla/no/ca/ba/pa/doqʒ supina.

¶ Dicit ꝙ ista verba estuo/as. sterto/tis. et oĩa supradicta habẽt preterita: vt estuo estuaui. sterto stertui: sed nõ habẽt supinũ. ideo carẽt participijs in rus: qꝛ participia in rus formant a supino/quo deficiẽte nõ possunt formari. Et hoc est q̃d dicit. In rus par ratio. Deinde dicit ꝙ verba neutra scd́e ↄiugationis: vt docui supra in scd́a ↄiuga. iũgunt p̃dictis: qꝛ ipsa carẽt supinis ⁊ participijs in rus: vt egeo egui. supinis caret. Excipiũtur sex q̃ habẽt supina. Jd́o dicit. Preter sex. Et hec sex intelligunt ꝑ sex syllabas positas in vltimo versu: scʒ pla. i. placeo/ces/cui/placitũ. no. noceo noces/cui/nocitũ. ca careo/res/carui/caritũ/vel cassum. va valeo/les/valui valitum. pa pareo pares parui passum. do doleo doles dolui dolitum.

Audeo cum soleo fio quoqʒ gaudeo fido.
Quinqʒ puer numero neutropassiua tibi do.
Prandeo cum mereo predictis annumerabis.

¶ Dicit autoꝛ ꝙ verba supradicta sunt neutropassiua: ⁊ sũt defectiua seu irregularia: qꝛ in preteritis perfectis et in his que formant ab eis retinent vocẽ passiuoꝝ: in ceteris vero neutroꝝ. Juxta donatum dicentem. Sunt preterea neutropassiua: vt gaudeo gauisus sum. ⁊c.

De verbis defectiuis et anormalis.

Exulo vapulo veneo fio quoque quatuor ista. | Verba neutra-passiua.
Sensum passiui sub voce gerunt aliena.

¶ Dicit autor que quatuor sunt verba que sub voce actiua passiuam retinent significationem et constructionem: scilicet exulo/las. habet vulgare passiuum. i. ebanior/ vapulo. i. verberor/ veneo. i. vendor/ fio. i. formor. Et dicuntur defectiua: quia deficiunt a recta significatione. Nam gerunt sensum passiui sub aliena voce. i. sub voce neutrali. Istis quatuor adduntur duo: scilicet liceo et nubo. Unde liceo. i. taxor. nubo. i. duco in vxorem.

Largior experior veneror moror osculor hortor. | Verba communia.
Criminor amplector tibi sunt communia lector.
Si bene connumeres inter pretor hospitor addes.

¶ Dicit que verba supradicta sunt communia: et sunt irregularia ex eo quod habent duas significationes sub vna terminatione.

Bis duo sunt odi noui cepi meminique.
Que retinent sensum presentis preteritique.
Que formantur ab his pariter sensum duplicabunt.
Datque memento te memini dedit ante memento.

¶ Dicit autor que ista quatuor verba in textu nolata sunt defectiua seu irregularia: quia deficiunt in aliquibus temporibus: et sub vna terminatione retinent sensum presentis et preteriti temporis. Caret etiam imperatiuo preter memini quod habet memento in singulari et mementote in plurali. Ideo dicit Datque mementote memini dedit ante memento. ¶ Et est sciendum que illa tempora que formantur ab illis videlicet odi cepi noui et memini pariter sensum duplicabunt. i. habebunt sensum presentis temporis et preteriti: et sic variantur. Noui noueram nouissem nouerim nouero nouisse: et sic de similibus. Ideo dicit. Et que formantur ab his.

Ex do passiua nisi dor solum lego dicta.

¶ Dicit que hoc verbum do das habet passiuum in omni persona preterquam in prima. Construe. Ego lego passiua dicta ex do das: nisi solum dor: quia non est de vsu.

Aio sisto fero tollo ferio furio cerno.
Ex his preterita negat vsus habere creata.

¶ Dicit que ista verba aio sisto etc. de se non habent preterita nec supina nisi que mutantur ab aliis verbis. Nam aio facit dixi dictum: et mutatur a dico dicis. sisto facit steti: et mutatur a sto stas: et tunc caret supino. aliquando facit statui: et tunc mutatur a statuo statuis. Fero facit tuli et latum et mutatur a tollo tollis. Tollo facit sustuli sublatum. Ferio facit percussi percussum: a percutio percutis. Furio facit insaniui insanitum: ad insanio insanis. Cerno facit creui: et mutatur a cresco crescis.

Passiui ternis impersonale locabis.

¶ Autor dicit q verba impsonalia sunt defectiua: qr variant p vnã vocẽ tantũ: scz p tertiã psonã passiui numeri singularis: vt verbo impersonali tpe pñti amatur. Sequentiũ textuũ sententie difficiles sunt valde pro pueris suis ne frangant sua capita: qũn in coniugationibus a donato positis clarissime patent vsqz ibi. Tempora terna forem.

Personas dabit imperium primas in vtroqz.
Tempore presenti ternas: quas dat modus optans.
Extremo ternis est altera forma futuri.
Quas dedit indicii sibi presens: has dabis illis.
O vel or adiicias. volo compositiuaqz demas.

¶ Dicit q imperiũ. i. modus imperatiuus dat primas personas plurales in vtroqz tpe: scz in pñti et in futuro: quas modus optans. i. optatiuus dat extremo. i. futuro. q. d. q prima persona pluralis numeri pñtis ⁊ futuri tẽporis imperatiui est illis tertie persone futuri optatiui modi. Et vltra dicit q imperatiuus in tpe pñti hz tertias personas similes tertiis psonis futuri tpis optatiui modi. Verbi gra. Nã dicimus. Imperatiuo mõ ama amet. ⁊ plr amemus amate amẽt. Futuro amato tu vel ille. ⁊ plr amemus amatote amanto. In futuro optatiui dicimus. Futuro vtinam amẽ ames amet. ⁊ plr vtinã amemus. Ex quo pz vt dictũ est. Deinde dicit q altera forma est ternis. s. tertiis personis futuri imperatiui: ⁊ docet ipsas formare dicẽs Tu dabis illis ternis personis futuri tpis imperatiui modi tã singularibus q pluralibz illas tertias personas quas pñs tẽpus indicii. i. indicatiui modi dedit sibi: ⁊ adiicias o vel or. o ĩ actiua voce: vt amo amas amat. addita o fit amato in singulari. amãt addito o fit amanto in plurali. Or vero additur in passiua voce: vt amat addita or fit amator in singulari amant addita or fit amantor in plurali. Si vero verbum nõ habeat actiuũ debemus fingere q habeat: vt si volumus facere tertias personas futuri imperatiui huius verbi. s. aggredior aggrederis: fingamus vocẽ actiuã: scz aggredio. dis/dit. addita or fit aggreditor: ⁊ sic habemus tertiã personam singularẽ futuri tpis imperatiui: vt aggredimus/ditis/diũt. addita or fit aggrediuntor: et sic habemus tertiã personã pluralis imperatiui. Et est sciẽdum q scda et tertia persona futuri imperatiui singularis numeri sunt similes tam in actiua voce q in passiua. Deinde ponit exceptionem dicens. Uolo compositiuaqz demas quasi dicit q volo et eius composita excipiuntur: quia non habent imperatiuum modum preter nolo/nonuis/nonuult: de quo dicetur inferius ibi. Nolo patrem sequitur.

Ante tote mini-minor a dat prima sequensqz.
E longam/iqz breuem dat tertia/quartaqz longã.

¶ Dicit q verba secunde cõiugationis habent a productã ante re in secũda persona presentis imperatiui modi pluralis numeri: ⁊ habẽt a productam ante tote in secunda persona pluralis numeri futuri temporis et hoc est in actiua voce: vt amate amatote. In passiua vero voce habent a

ante mini. ꝛ minor. Vt amamini amaminor. Uerba secunde habēt e longā vt docete docetote. Uerba tertie habent i correptam. vt legite legitote. legimini legiminor. Uerba quarte habent i productam. vt audite auditote. audimini audiminor.

Presentis nota sic fit persona secunda.
A prior/eqꝫ sequens. dat e tertia/sed i dabo quarte.

¶ Hic autor docet nos qualiter dicere debemus in scda ꝑsona pñtis temporis impatiui modi singularis numeri. dicēs ꝙ prior. i. prima cōiugatio dat a ꝓductā i secūda ꝑsona pñtis tpis imperatiui modi. vt ama. sequēs id est secunda dat e ꝓductam. vt doce. Tertia dat e correptā. vt lege. Sꝫ ego dabo i productam quarte coniugationi. vt audi.

Adde re passiuo modus vltimus huic similatur.

¶ Modo ponit regulam de secunda ꝑsona imperatiui modi passiue vocis. Et dicit ꝙ si volumus inuenire secundam personam singularem verbi passiui. debemus addere re secunde persone actiui. vt ama addita re fit amare. Deinde dicit ꝙ infinitiuus modus assimilatur huic scꝫ imperatiuo passiui. vt amare.

Tres ri pro re dabunt/re lego iacit i facit ex e.

¶ Nunc ponit regulā de infinitiuo passiui dicens ꝙ tres coniugationes: scꝫ prima secunda et quarta dabunt ri pro re. i. mutabunt re in ri formādo infinitiuū passiui. vt amare re in ri fit amari. docere re in ri fit doceri. audire re in ri fit audiri. Deinde. Re lego iacit. ꝛc̄. Quasi dicat ꝙ verba tertie coniugationis abiiciūt illam syllabam re ab infinitiuo actiui. ꝛ postea mutant e in i formando infinitiuū passiui. vt legere abiecta re et e in i fit legi. Expone sic litteram. Lego. i. verbum tertie cōiugationis iacit. i. abiicit re. qꝫ ꝓ et dat i ex e. i. e mutatur in i.

Prouideas primis e vel a ternisqꝫ futuri.

¶ Quia superius dixerat ꝙ prime persone imperatiui modi pluralis numeri presentis temporis et futuri. etiā tertie persone tam singularis ꝙ pluralis numeri pñtis temporis optatiui modi erunt similes persone plurali ac tertiis personis futuri optatiui. ideo dat vnū notabile nūc qualiter pronunciare debemus futurum optatiui modi. Tu prouideas e. scꝫ in primis personis. qꝫ ꝓ et a tertiis in futuro optatiui modi. Quasi dicat ꝙ e ꝛ a sūt in futuro optatiui. sed e in prima cōiugatione. ꝛ a in reliquis. Ideo aliqui dicunt. Prouideas e. scꝫ in prima cōiugatione scꝫ futuri optatiui. vel a in ternis. i. in tribus aliis coniugationibus.

Sum passiua notant/sed abest modus imperialis.
Sis dubit huic/sed ades ex assum sume vel assis.
Sitis vel este vide/formabis cetera recte.

¶ In ista parte autor docet variare sum es. dicens ꝙ verba passiua notāt hoc verbū sū es est hoc est ostēdit qualiter debeat variari. Nā inuenit sū es variatū in verbis passiuis in oībus tēporibus ꝛ modis ꝓterꝙ i impatiuo

Ideo dicit. Sed abest modus imperialis. Deinde declarat quod facere debet in imperatiuo dicens. Tu dabis huic. i. imperatiuo hanc vocem sis. sed ab hoc verbo composito tu sume ades vel a ssis in imperatiuo. Deinde dicit. Uide istas voces. scz sitis et este. que sunt irregulares. deberemus enim dicere Imperatiuo modo sis sit. Et pl'r simus site sint. Tu formabis cetera recte. i. secundum regulas datas de formis personarum.

Tempora terna forem dat fore cetera sperne
Rem dat res ret rent remus caret atque foretis

Dicit quod hoc verbum fore habet tria tempora: videlicet presens preteritum imperfectum modi optatiui. preteritum imperfectum subiunctiui. presens preteritum imperfectum infinitiui. Ceteris vero caret. Ideo dicit. Cetera sperne. Deinde dicit quod non habet nisi has voces. s. fores foret foret. et fore in infinitiuo. Non inueniuntur plura. Et hoc est quod dicit. Rem dat etc.

Normam preterita seruant per anormala cuncta

Autor dat vnam regulam generalem. videlicet quod omnia preterita seu sint regulariter seu irregulariter formata seruant normam. i. regulam et formationem in aliis vocibus a se formatis. non solum hoc intellige per verba regularia. sed etiam anormala. Nam sicut amaueram formatur ab amaui i in e et addita ram fit amaueram. ita formatur fueram a fui.

Dat presens primi fers fert fertisque secundi
Presens fer ferte: ferto fertote futuro
Dat terni presens ferrem/socium sibi iungas
Dat quinti ferre presens eademque notate
Tempora passiuo ferris ferturque notentur
Ferre dat hinc fertor ferre ferrique sequuntur
Ad morem terne fero cetera debet habere

Hic ponit autor irregularitatem huius verbi fero fers fert. et eius passiui dicens et docens ipsum declinare quod est irregulare in istis vocibus. videlicet in secunda et tertia persona in singulari. et in secunda in plurali presentis temporis indicatiui quia facit fers fert. cum deberet facere feris ferit feritis. Et hoc est quod dicit Presens primi. i. indicatiui dat fer. fertisque. Deinde dicit quod est irregulare in imperatiuo. s. in secunda persona singulari presentis temporis. et in secunda plurali: quia facit ferte cum deberet facere fere ferite. Dicit etiam quod est irregulare in futuro imperatiui. eo quod facit ferto fertote. cum deberet facere ferito feritote Hoc est quod dicit. Secundi. i. imperatiui dat fer ferte: cum deberet facere fere et ferite. Futuro dat ferto fertote. Deinde dicit quod est irregulare in optatiuo et subiunctiuo dicens. Presens terni. i. optatiui modi dat ferrem. Iungas sibi socium. i. subiunctiuum qui dicitur socius optatiui: ex eo quod habet preteritum imperfectum simile presenti et preterito imperfecto optatiui: et preterito plusquamperfectum simile preterito perfecto et plusquamperfecto. Est enim irregulare in illa voce ferrem: quia deberet facere fererem. Deinde dicit quod habet irregula

rissatem in infinitiuo dicẽs. Presens quinti. i. infinitiui dat ferre cũ debe-
ret facere ferere. Preterea ponit irregularitatẽ in passiuo dicẽs. Eadẽqꝫ
notare tempoꝛa passiuo. Quasi dicat ꝙ passiuum de fero scꝫ feroꝛ est irre-
gulare in illis tempoꝛibus in quibus fero est irregulare. Et hoc declarat
subsequenter dicẽs. Ferris ferturqꝫ notẽtur. Littera est plana. Finaliter
ponit irregularitatem eiusdem verbi dicens. ꝙ in aliis tẽpoꝛibus et psō-
nis fero debet variari tanꝙ si esset tertie cõiugationis. Et hoc intendit cũ
dicit. Ad moꝛem terne fero cetera debet habere.

Dat volo vis et vult volumus vultis voluntqꝫ
Jussio deficiens capit ex optante supꝛemum.
Dat pꝛimo vellem dat fine velim modus optans.
Hec sociis repete: supꝛemus dat tibi velle.
Hinc finem demas per ternam cetera foꝛmas.

¶ Hic autoꝛ docet nos variare hoc verbum volo. Et dicit ꝙ est irregula-
re seu defectiuũ in tꝑibus ꝛ in illis psonis q̃ in lr̃a ponuntur. In ceteris ve-
ro declinatur ad modũ tertie coniugationis. Et hec est sententia. Nũc ve-
niamus ad constructionẽ: q̃ talis est. Hoc verbũ volo dat istas voces irre-
gulares in tꝑe pñti indicatiui modi. vis vult volumus vultis volunt. est
aũt irregulare: sed ponit causa doctrine. Jussio. i. impatiuus modus de-
ficiens capit supremũ ex optãte. i. optatiuo in futuro loco imperatiui: vi-
delꝫ velis. Quasi dicat volo caret supino: ꝛ loco imperatiui vtimur futuro
optatiui. Modus optans. i. optatiuus dat pꝛimo. i. in pꝛimo tꝑe vellem: ꝛ
dat fine. i. in futuro tꝑe velim. Tu repete hec tẽpoꝛa predicta sociis. i. tem
poꝛibus subiunctiui modi similibus tꝑibus optatiui que sunt tria: scꝫ pñs
subiũctiui quod assimilatur futuro optatiui. De aliis duobus dictum est
¶ Cacephaton est obscura enūciatio vel in cōposita dictōe in vno verbo. Vt numerum in manibus equat. vt in Therentio. Arrige aures pāphile.

Atqz superuacue dici debet pleonasmus
Additio vocis: vt sic est ore locuta.

¶ Pleonasmus est superuacue vocis additio ad plenam significationē. vt sic est ore locuta. Ecce li ore superuacue additur. quia satis intelligebat per istam dictionem locuta.

Tantologia. Signat idem verbis diuersis tantologia
Exultans redeo rursus gaudensqz reuertor.

¶ Tantologia est eiusdem verbi repetitio vitiosa. vt in exemplo autoris. Exultans redio rursus. gaudensqz reuertor. Nam iste clausule idem important: licet per diuersa verba.

Eclypsis. Dicitur vnius verbi defectus eclypsis
Quod poni debet vt fiat constructio plena
Hec secum precibus ne bonum parere precantis.

¶ Eclypsis est qdā defectus necessarie dictiōes que poni deberēt vt cōstructio fiat plena. i. perfecta. vt ptz in lra. hec secū deficit loquebat. precibus ne bonū parere precantis. deficit enī fit. Et dr ab e qd est extra & depo clepis qd idem est qd furor furaris. quia quod subtrahimus furamur.

Tapinosis. Cum per verba rei magne submissio fiet.

Tunc tabinosus erit/si dicatur mare gurges.

¶ Tapinosus est humilitas verbi rei magne. Construe. Tapinosus erit tūc ꝓ qñ submissio rei magne fiet ꝑ verba scʒ humilia. vt si dicatur mare gurges. Gurges est em̄ parue aque riuus. Mare vero est oīm capax aq̄ꝝ

Et male confusa cacosynthecon est vocitanda — Cacosynthecon.
Congeries vocum: te moui pꝛelia contra
Discipulos cedit virgis cū terga magister.

¶ Cacosynthecon est vitiosa dictionū compositio. Construe. Congeries. id est compositio cum dictionum male confusa id est male ordinata. est vitanda cacosynthecon. Deinde ponit exemplum. Cedit cum virgis discipulos terga. ⁊c̄. Iste enim dictiones confuse ordinantur. quod pʒ reducēdo ipsas ad debitum ordinem.

Perisolagia dicenda superflua vocum — Perisologia.
Additio sine vi rerum que significantur.
Qua poterant ibant/sed non qua non potuerunt.

¶ Perisologia est supusftua vel sup̄flua additio vocū. i. dictionū sine vlla vi rerū vt in exēplo autoris. ibāt qua poterāt: sed nō ibant qua non potuerūt. Multa enī sunt hic sup̄flua que nō habēt vllā vim rerū. Bene scimus ꝙ nō ibāt nisi ꝑ locū ꝑ quē potuerūt. sup̄fluū est hoc addere.

Cum res cum pꝛendit varias sententia longa — Macrologia.
Macrologia datur/pꝛologis hoc sepe videmus

¶ In precedentibus metris autoꝛ dicit ꝙ cum sententia longa comprehendit res varias. i. nō necessarias tūc macrologia committitur. vt ī hoc exemplo. Legati non impetrata pace. retro vnde venerant domū reuersi sunt. Ideo dicit hoc sepe videmus in prologis. quia multa continentur in prologis que non sunt necessaria.

Amphibologia constructio non manifestans — Amphibologia.
Sensum perfecte/puto te socium superare.
Hoc fit multotiens quia non determino plene
Affectum mentis defectu pꝛepediente
Siue duplex sensus ex verbis possit haberi.

¶ Amphibologia est ambiguitas sermonis seu dictionis que fit ꝑ accusatiuum casum. vt si quis dicat. puto te sociū superare. Aut per cōmune verbū vt criminatur catho. Aut per distinctionē. vt vidi statuam auream hastā tenentem. Fit etiam per onomā. vt si quis aciem dicat et non addit oculorū. vel exercitus. vel ferri. Fit preterea pluribus aliis modis quos recensere oēs ne nimis sit non oportet. Onoma sunt ea quoꝝ varia sunt significata. vt acies ⁊ lira acus fatum canis ⁊ similia.

Confundit casus numeros genus aliotheca. — Aleotheca.

Capitulum duodecimum.

¶ Alleotheca est generale vitiū. ideo non cōputatur cū predictis duode-
cim. Et habet fieri p casus. vt vrbē quā statuo vestra est. Per numeros.
vt quo milite celum vicerat. Per genera. vt prenestē sub ipsa.

Methaplasmus excusans barbarismū habet tres species. xxi.

Addendo sepe fiet methaplasmus / et eius
Prothesis est species / epenthesis ⁊ paragoge.
Subtrahis interdum species tunc eius habenda
Auferesis vel syncopa sunt vel apocopa finis.

¶ Methaplasmus est transformatio quedā recti solutiq sermonis in al-
terā speciē ordinatus necessitati sue causa. Subtrahis īterdū. i. aliqñ me-
thaplasmus fit subtractiōe līe vel syllabe. Et tūc ei⁹ species sūt auferesis
syncopa ⁊ apocopa. Dico de vitiis annexis. Sequit de figuris excusanti
bus dicta vitia annexa. Et primo de figuris excusantib⁹ barbarismū. Se
cundo soelecismum. Tertio vitia annexa. scḋa ibi. Dat species. tertia ibi.
Multa tropi. Dicit ergo sic. Methaplasmus fiet sepe addēdo scꝫ litterā
vel syllabā. ⁊ tūc eius species sūt ꝓthesis epenthesis ⁊ paragoge.

Differentia figurarum.

Auferesis tollit capiti / sed prothesis addit.
Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget.
Hoc fini quod tollit apocopa dat paragoge.

¶ Nunc declarat species methaplasmi supradictas. Et dicit ꝙ auferesis
tollit. i. aufert līam vel syllabā de principio dictiōis. vt mitte ꝓ dimitte. sed
prothesis addit līam vel syllabā de principio dictiōis. vt gnato ꝓ nato. de
tulit ꝓ tulit. Syncopa de medio tulit. vt audacter. Cui cōtraria est epen-
thesis. vt induperator pro imperator. Apocopa tulit fini vt achilli ꝓ achil
lis. Cui contraria est paragoge. vt soluiter pro solui.

Systola

Si longa breuis debet tibi sistola dici.

¶ Quasi dicat ꝙ systola committitur si littera longua naturaliter corrip-
tur. vt in cathone. Non eodem cursu. ⁊c.

Extasis

Extasis esse solet si produces breuiandam.

¶ Extasis fit quādo syllaba naturaliter breuis producitur. vt in Ouidio.
Uitam dederitis in vndis.

Cesura

Bis binas species habet extasis / hasqꝫ vocamus
Cesuras / faciet pentimemerim tibi terni.
Syllaba prima pedis: ibi produces breuiandam.

¶ Cesura dr̄ a cedo cedis. i. diuido diuidis. quia per cesurā diuiditur ali-
quid ab illa precedente et vnitur cum sequēte. Dicit ꝙ extasis hꝫ quatuor
species: ⁊ ipas appellamus cesuras. Tñ vidēdū est qd sit cesura. Cesura
est immutabilis extensio q̄ fit in principio pedis ⁊ in fine dictionis. Et no
ta ꝙ nūq̄ fit in primo nec in vltimo pede versus. Fit enī in ꝑncipio tertii
pedis qñ enī syllaba breuis producitur. vt in Ouidio. Mittit hypermne-
stra de tot medis fratribꝫ vni. Et ista talis cesura vocatur pentimemeris.

& hoc est quod dicit. Faciet pentimemerim. &c.

Semi vel ante preit/producetur qz secundi
Prima pedis/vt in hoc poteris cognoscere versu. — semipẽti antepẽti.

Quasi dicat q semepentimemeris vel antepẽtimemeris fit pducẽdo primã syllabã scdi pedis q naturaliter breuis erat. vt poteris cognoscere in hoc versu. In scãsione dicimus. Prima pedis vt in. &c.

Quarti prima pedis epentimemerim tibi format.
Producendo breuem: versus hoc denotat iste. — Epẽtimemeris.

Id est epentimemeris fit breuez pducẽdo. vt in principio quarti pedis versus iste denotat hoc: vez pducendo breuem versus hoc.

Post epẽtimemerim dat quinti syllaba prima
Curtam producens sicut versus habet iste

Quasi dicat q epentimemeris fit breuem producendo in pncipio qnti pedis. sicut iste versus habet. i. manifestat vel cõtinet. Curtam producẽs sicut versus habet iste.

Altera cesure species si subiiciatur.
M cum vocali vox cuius littera prima
Vocalis nec in his ideo collisio fiet.
O vtinam populum hunc saluet gratia christi — Alia species cesure.

Positis pncipalibus specieb9 extasis. Altera species cesure est si dictio cuius penultima littera est vocalis subiiciat huic lre m vel vocali qsi dicat q si aliqua dictio finitur in m vel in vocalẽ: & sequens incipiat a vocali. nec in his dictionibus. ideo fiat collisio. i. si nõ abiiciat aliqua dictarũ litterarum. Exemplũ ponit ipse in littera. O vtinã popolum hũc saluet &c. Cum dicit vti. ecce illa dictio o finitur in vocalẽ & sequens scz vtinam incipit a vocali. Cũ vero dicit populum hunc. ecce li populum finitur in m & sequens scz hunc incipit a vocali et neutra ipsarum abiicitur: immo remanet in versu & patet. O vtinam populum hunc. &c.

Syllaba diuiditur: tunc dieresis vocitatur
Aulay in medio libabant pocula bachi. — Dieresis

Dicit autor q vna syllaba diuidit in duas. tũc dieresis vocitat. i. noiatur sic illius figure exẽplũ ptz in littera Aulay in medio. &c. aulay p aule.

Si iungam plures dic sineresim tibi factam.
Hec etiam species dicatur epinalympha
Fixerat exipidem ceruam vir z eneus esto. — Sineresis.

Quasi dicat q sineresis fit si plures voces in vnã conglutinentur q alio noie dr epinalympha. De hoc patent exempla in littera. Fixerat exipedẽ pro aeripedem. i. velocem. vir eneus pro aeneus. i. durus vel crudelis.

Hec autem figura contraria est dieresi de qua dictum est.

Eclypsis / synalimpha.

Eclypsis necat m / perimit synalympha vocalem

Tu populum alme deus saluasti a morte redemptor.

¶ Synalimpha est quando vocales inuicem concurrunt. et earum altera abijcitur. Exemplum ponit autor. Tu populum alme. etc. et hoc est de eclypsi. saluasti a morte redemptor. et hoc est synalimpha. Eclypsis est consonantium cum vocalibus aspere concurrentium quedam dura collisio. vt in virgilio Littora multum ille et terris iactatus et alto. In scansione colliditur illa cum sua vocali. Et etiam illa vocalis e abijcitur.

Viles sunt iste pre cunctis est fugiende.

¶ Dicit quod iste figure eclypsis et synalimpha sunt viles et fugiende. i. euitande pre omnibus alijs.

Syncresis.

Syncresis istarum solet vtraque sepe vocari

¶ Dicit quod vtraque predictarum duarum figurarum solet vocari. i. nominari. syncresis. Et dicitur a syn quod est con. et cresis iunctio vel iudicium. quasi coniunctio vel coniudicium litterarum.

Non solum voces / sed tempora sepe videmus

Elidi metris: velut hic vale inquit iola.

¶ Dicit quod non solum voces seu littere eliduntur. hoc est abijciuntur in metris: sed etiam tempora vt hic. vale inquit iola. Nam illa syllaba le cum sit longa: duo tempora debet habere: sed non habet nisi vnum cum breuis efficiatur. Ista figura dicitur boetis.

antithesis.

Dicitur antithesis si littera ponitur vna.

Ponere cum debes aliam: sic dicimus olli.

¶ Antithesis est littere pro littera positio. vt cum dicimus olli pro illi. ponit enim o pro i. Et hoc fit causa maioris sonoritatis. magis enim sonat o quam i.

Metathesim.

Metathesim facies si transponas elementum

Si dicas teucre cum debes dicere teucer.

¶ Metathesim est transpositio litterarum in alienum locum: nulla tamen littera ex dictione sublata. vt si dicas teucre cum debes dicere teucer. et est proprium nomen viri. Nominatiuo hic teucer genitiuo huius teucri.

A te vitari debent species methaplasmi

Sed pentimemeri solummodo nos decet vti.

¶ Hic dat cautelam quantum ad vsum quarundam figurarum. Et dicit quod species metaplasmi de quibus dictum est supra debent vitari a te. Sed solummodo nos decet vti pentimemeri de qua dictum est.

syncopa.

Syncopa cum fiet veterum vestigia seruet.

¶ Hic dicit quod si volumus vti syncopa debemus seruare vestigia veterum hoc est committere dictam figuram in dictionibus in quibus veteres con-

miserunt, vel in similibus ꝛ non in aliis.

schematis excusātis soelecismū septēdecim sunt species.

De species tibi schema ꝓlepsim zeuma silepsim
Est ꝛ hyposeusis anadiplosis epinalensis
Est ꝛ epizeusis ꝛ anaphora paranomon.
Et cetonomaton addis ꝛ omoteleuton
Et paranomasia policintheton addis hyrinos
Jungis homoptotō his: paríterq̨ poliptoton addis
Ultima dialeton vel asintheton est vocitanda.

¶ Superius dictuꝫ est de figuris metaplasmi excusantibus barbarismū Nunc dicēdum est de figuris schematis excusantibus soelecismū. Schema nō definitur cum sit equiuocum scꝫ in schemalenses et in schema dianeos. Primum pertinet ad grammaticos. reliquum ad oratores. Figure schematis sunt fere. xvij. que numerantur in littera.

Prolepsis.

Presumit que sunt suprema locanda prolepsis
Cerno ducentos hinc natos hincq̨ nepotes

¶ Donatus. Prolepsis est prepositio rerum ordinādarū. Virgilius interea reges ingenti more latinos. Procedunt castris. Hic in speciali determiat de figuris quas numerauit. Et primo de prolepsi. Sed est sciendū q̄ duplex est ꝓlepsis. scꝫ cōstructionis ꝛ locutionis. Hic intendit de ꝓlepsi locutionis. Et dicit q̄ ꝓlepsis presumit .i. primo sumit ea que sūt locāda suprema .i. vltimate ordinata. Hoc pꝫ in exemplo autoris. Cerno ducentos.

zeuma.

zeuma fit in verbo si plurima clauseris vno.
Hymnus christe tibi laus ꝛ gloria detur

¶ zeuma similiter est duplex. scilicet constructionis ꝛ locutionis. zeuma locutionis fit quando plurima supposita vni verbo attribuuntur. vt hymnus. Christe tibi. tibi laus. tibi gloria det. Donatus. zeuma est vnius per conclusio diuersis clausulis aperte coniuncta.

sylepsis

Clausas dissimiles ligat vna voce sylepsis
In te christe salus / in te sunt premia nostra..

¶ Sylepsis est dissimilis clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio. vt patet in littera. In te xp̄e salus. ꝛc̄. Et differt a zeumate. quia in zeumate est coniunctio aperte quantum ad congruitatem. sed in sylepsi non. Et habet fieri pluribus modis. vt patebit statim.

Primo modo.

Cum collectiuo iunctum plurale sylepsis
Assignant aliqui plebs ista parant equitare.
Sed magis est propria constructio plebs parat ire.

¶ Dicit q̄ aliqui assignāt sylepsim qñ plurale verbū iungit cum noīe collectiuo. vt ista plebs parant equitare. Deinde prohibet nobis talem con-

structionem dicens. Sed magis est propria constructio plebs parat ire.

Secūdo modo.

Estqꝫ sylepsis vbi pro multis ponitur vnus
Vt cum dices adest rex multo milite cinctus.

¶ Dicit qꝫ sylepsis etiam est vbi vnus ponitur pro multis. cū dicis adest rex multo milite cinctus. multo milite pro multis militibus ponitur.

Hipozeusis.

Reddit hipozeusis persone plurima verba
Vni nos mundet nos ornet gratia christi

¶ Hipozeusis fit quando plura verba vni persone attribuuntur. vt patet in exemplo autoris. Nos mundet nos ornet gratia xpi. Ecce illa verba mundet et ornet attribuuntur illi nominatiuo gratia.

Anadiplosis.

Fiet anadiplosis verbi geminatio / quando
Principium clausule fit idem cum fine prioris.
Nūmis istorum caret alter / ꝛ alter abundat.

¶ Anadiplosis fiet quando eadem dictio que est in fine prioris clausule reperitur in principio sequentis. vt patet in exemplo autoris. Nūmis istorum caret alter. ꝛc. Construe. Geminatio verbi i. dictionis. fiet anadiplosis quando principium clausule fit idem cum fine prioris. scꝫ clausule.

Anaphora.

Clausulis principium dat anaphora pluribus vnū
Christus mundauit christus nos purificauit.

¶ Anaphora est repetitio eiusdem verbi per principia plurium clausularum. vt patet in littera. Christus mundauit christus nos purificauit. ꝛ ibi. Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Epinalēsis.

Principio finem facit epinalensis eundem.
Nobis grata prius non sunt modo congrua nobis

¶ Epinalensis est quū principium clausule idē est cū fine. vt ptꝫ in lrā. Nobis grata prius nō sunt mō ꝯgrua nobis. Ecce li nobis ponit in pͥncipio ꝛ in fine clausule. ꝛ ṽgilius. Multa sup priamo rogitās sup hectore multa.

Epizeusis.

Vnius est epizeusis geminatio verbi.
Significans idem meme petit viteo digna.

¶ Est epizeusis eiusdē verbi cōgeminatio in eodem versu sine aliqua dilatione. vt patet in littera. Meme petit vitio digna. Ecce li me congeminatur sine dilatione. Et in ysaia. Consolamini cōsolamini popule meus.

Paranomasia.

Voces pene pares que sunt diuersa notantes
Dant paranomasiam: non curat vera sed era.

¶ Paranomasia fit quotienscūqꝫ de noīe aliud efficit nomē fere simile ī voce: sed dissimile ī significatiōe. vt hic nō curat vera sed era. Pene similia sunt in voce / diuersa in significatiōe. Nota qꝫ p paranomasia alio noīe 𝔡 annominatio vel agnominatio. alio noīe dicit bessiyo. Et hoc est apud

vulgares qui per modum truse vnũ verbũ elicitunt ab alio.

Principium simile voces iuncte retinentes Parano-
Dant paranomeon: vim vitat virgo virilem. meon.

¶ Et fit qñ in eisdẽ syllabis plures dictiones inchoant. vt patet in textu.

Junctura simili voces multe sociate. Schesio
Dant schesionomaton: vmbone repellitur vmbo. nomaton
Pes pede comprimitur: ensisꝫ retunditur ense.

¶ Schesionomaton est multitudo noĩm ꝯiũctiuoꝝ quodã ãbitu copulandi. vt hic vmbone repellit vmbo. pes pede cõprimit. ensisꝫ retũdit ense. ꝛc.

Clausula totalis tibi format homoptoton vno Homep-
Casu contẽta / tristes flentes lachrymantes toton.

¶ Homoptoton est cum in similes casus verba diuersa exeunt. vt flentes tristes lachrymantes. hec figura dicitur alio noĩe similiter cadens.

Cum plures voces sub fine tenentur eodem Omote-
Omoteleuton erit / hinc carmina consona subdis leuton.
Atꝫ leonina simul ꝛ caudaria iunges.

¶ Omoteleutõ erit cũ plures voces seu dictiões tenent sub eodem fine. ꝛ simĩr terminant. Huic figure subdunt carmina ꝯsona in medio et in fine ꝛ caudaria sez rithmi. in quib⁹ attẽdit ꝯsonãtia finaliũ syllabarũ. vt ibi. Distrio debita nõ sibi credita soluere curat. Inficiat si moneat falsaꝫ curat.

Per varios casus distincta poliptoton explet Polipto-
Clausula / littoribus contraria littora / fluctus ton.
Fluctibus esse precor: populos populis inimicos.

¶ Poliptoton est multitudo eorũdem noĩm varietate casuũ distincta. vt precor littora esse contraria littoribus. fluctus cõtrarios fluctibus. ꝛc.

Longa tenens seriem constructio fiet hyrinos.
Principio celum terram camposꝫ patentes Hyrinos.
Lucentemꝫ globum lune / titaniaꝫ astra.
Spiritus intus alit.

¶ In precedentibus metris dicit ꝙ hyrinos est series orationis tenorem suũ vsꝫ ad vltimũ seruans. Et ponit exemplũ virgilij. Principio celum terras camposꝫ patentes. Lucentẽꝫ globum lune titaniaꝫ astra. ꝛc.

Diuersas voces coniunctio plurima iungit Polisin-
Sic polisintheton est / materꝫ paterꝫ neposꝫ. theton.

¶ Polisintheton est locutio multis nexa constructiõibus. vt patet in lrã. Materꝫ paterꝫ neposꝫ.

Capitulum duodecimum.

Dialitō.

Cum sine iunctura voces varie sociantur
Dialiton facient / rex miles plebs negat istud

¶ Dialiton siue asintheton est figura superiori contraria. Fit enim quādo varie dictiones sine iunctura inuicem sociantur. Vt patet hic. Rex miles plebs negat istud.

Tropi excusantis vitia annexa sūt. xiii. species.

Multa tropi species / metaphora metonymia
Antonomasia catacresis vel metalepsis
Onomatopeia vel epitheton ac omozeusis
Sinecdoche vel perifrasis simul allegoria
Addis hyperbaton istis & hyperbole sit sociata

¶ Dicit de figuris excusantib⁹ barbarismū & solecismū. sequit de figuris excusantibus vitia ānexa: que quidē ↄtinent sub tropo. Et est tropus dictio trāslata a ꝓpria significatiōe ad nō ꝓpriā sm̄ similitudinē ornatus necessitati sue causa. Cui⁹ species sūt tredeci quas autor numerat in lrā.

Melaphora.

Cum res est alii similis pro nomine nomen.
Ponitur vt sit homo simplex cum dicitur agnus
Debet methaphora dici translatio talis.

¶ Hic autor declarat primam speciē tropi que dr̄ metaphora. Et est metaphora quando verba transferuntur p similitudinem. Verbi grā. Est aliquis homo simplex & dicā illū hoīez esse agnū p similitudinē: qr agnus dicitur esse simplex ꝓpter eius innocentiam. Metaphora fit multis modis quos nō curo specificare cū satis pateant querētibus in autoribus

Cathacresis.

Fit cathacresis vbi sub nomine res alieno.
Signatur / sic pisce carens piscina vocatur

¶ Cathacresis est vsurpatio noīs alieni. vt piscina ē locus piscīū. nichilominus interdū sumit pro loco piscibus carente vbi tamen sit aquosus.

Metalepsis.

Pro preeunte sequens positum faciet metalepsim.
Vt cum significas tot annos per tot aristas.

¶ Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostēdit: vt cū significas tot annos per tot aristas. In quodlibet enim anno producantur ariste. & ideo per tot aristas tot annos significamus.

Metonymia.

Plures esse modos reperimus metonymie.
Cum pro contento quod continet aut vice versa
Ponitur / vt factor pro facto / vel retrouerte.

¶ Metonymia est veluti quedā denoīatio. Et fit multis modis: videlz qñ illud qđ continet ponit ꝓ contento. Vt hic. Nunc pateres libate ioui. Aut ecōuerso. Vt hic. Crateras magnas statuūt & vina coronāt. Aut qñ factor

ponitur pro facto. vt Sine cerere & bacho friget venus. Aut econuerso vt vina precamur. Fit enim metenomia quando efficientem per effectum ponimus. vt hic. Pigrum frigus. aut econuerso. vt hic. Jungit equos auro genitorq; spumantisq; addit ora frenis.

Antonomasia solet excellentia dici. — Antonomasia.
Si proprium taceas nomen ponens generale.
Sic dauid insinuas nomē dicendo prophete.

¶ Antonomasia est significatio vice nominis posita. Et fit tribus modis scz ab animo. vt magnanimusq; anchisiades. a corpore. vt Ipseq; arduus alta pulsat sydera. Et ab extrinsecis actionibus. vt Infelix puer atq; impar congressus achilli. Antonomasia fit quando nomen commune ponitur pro proprio. vt cum dicitur propheta. intelligimus de dauid. Et hoc fit vt excellentiam denotemus.

Si iungas proprium voci rem significanti. — Epitheton.
Fiet epitheton: sic dicas tristia bella.

¶ Epitheton fiet si proprium adiungatur voci. i. dictioni significanti illud proprium. vt tristia bella. bella enim significant tristia: nichilominus additur illud proprium cum dico tristia.

Si partem sumas pro toto vel vice versa — Synecdoche.
Synecdochen facies dicens hoc est caput albens.

¶ Synecdoche est significatio pleni intellectus cum plus minusue pronuncias. Fit enim si partem sumas pro toto. vt pubesq; tue pubesq; tuorum. aut econuerso. vt ignē fontemq; ferebant. Duplex est synecdoche. scz constructionis & locutionis. Synecdoche quando est constructionis ptinetur sub schemate & est species antiptosis. De synecdoche locutionis hic dicitur.

Onomatopeiam facies si nomina signes — Onomatopeia
De sonitu tracta: sic sus scropha dicitur esse

¶ Onomatopeia est nomen de sonitu factum. Sic enim sus dicitur esse scropha a sonitu quem facit. Sic enim tintinabulum et taratantara. dicta sunt a sonitu. &c.

Perifrasis circuloquium de iure locatur — Perifrasis.
Cum verbis vertit antimetabula sensum
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam
Aut in te turpi verbis non turbibus vti.

¶ Perifrasis est circulocutio que fit aut ordinatione rei causa q̄ pulchra est. aut non vituperande rei que turpis est. vt etiam prima. nouo lumine titoni croceū linquēs aurora cubile. Aut hic. Et nimio luxu obtusior vsus sit genitali auro & succos oblimet inertes.

Transcensus veri manifestus hyperbole fiet. — Hyperbole

Capitulum duodecimum.

Astra ferit sonus armorum clangorq3 tubarum.

¶ In p̄cedentibus metris autor dicit q̄ hyperbole est transcēsus manifestus. i. excessus veri. i. veritatis. Et fit vel causa agēdi. vt niue cādidior. aut minuendi. vt testudine tardior ibat.

Hyperbaton. Uocum turbatus formabit hyperbaton ordo.
Synthesis hinc themesis ac hysterologia subsunt
His ꝛ anastropha vult pariterq3 parenthesis addi.

¶ Hyperbaton est verbum ordinem turbans. cuius species sunt quinq3: sc3 hysterologia vel hysteron protheron sinthesis themesis anastropha ꝛ parenthesis.

Hysterō. ꝓtherō. Hysteron ꝛ protheron solet hysterologia dici.
Hoc fit cum rectam seriem sententia mutat.
Hi cererem torrere parant et frangere saxo

¶ Hysteron ꝛ protheron vel hysterologia fit quando mutatur ordo sententie cum recta serie verborum. vt patet in exemplo. Hi cererem torrere parant ꝛ frāgere saxo. Nam prius frangere seu molere debent cererē ꝛ granum. q̄ torrere seu decoquere.

Synthesis. Synthesis est omni confusa locutio parte
Nos virtute lauat qui labem criminis ornat.

¶ Synthesis est hiꝑbaton ex oī parte confusum. vt p3 in exemplo. Nos virtute lauat. ꝛc. Est enī ille qui lauat labem criminis ornat nos virtute.

Themasis. Dat themasim binas in partes dictio secta
Est boree regio: septem subiecta trioni

¶ Them[illegible] est vnius verbi sectio vna dictione vel pluribus interiectis vt hic est boree regio septem subiecta trioni. Ecce li septem trioni est vnica dictio que diuisa est.

Anastropha. Dictio si subsit cum sit precedere digna
Fiet anastropha/ surgit mare littora contra.

¶ Anastropha est verborū tantūmodo p̄posterus ordo. vt surgit mare littora cōtra. Ecce illa p̄positio cōtra deberet p̄poni suo casuali ꝛ postponit.

Parenthesis. In causa clausam si cōmisceris alienam
Inde parenthesis est/ princeps (q2 bella minantur
Hostes) militibus vrbem premunit ꝛ armis.

¶ Parenthesis est interposita oratio diuise sententie. vt patet in litterā. Princeps (q2 bella minantur hostes) militibus vrbē premunit ꝛ armis.

Allegoria cui9 sunt. Cum designatur aliud q̄ clausula signet
Allegoria datur/ septem species dabis illi.

Species septem.

Hec sunt antifrasis carientismos z enigma
Atqz paronomia sarcasmos ac yronica
Antismon tandem sit predicta socianda.

¶ Allegoria est tropus quo aliud significat q̄ dicitur. vt laterem lauas. aerem verberas. i. tempus perdere vel inutiliter expendere. Huius spēs sunt septē quas autor numerat in lr̄a. z subsequenter declarat.

Antifrasis.

Antifrasis sermo signans contraria dicta
Sic lucum dicis/quia raro luce nitescit.

¶ Antifrasis est vnius verbi yronia. vt bellū quasi minime bellū. lucens quasi minime lucēs. vel raro lucescit. parca eo q minime parcit.

Carientismos.

Est carientismos cum profers duro relatu.
Gratias hinc amon nomen traxisse putamus.

¶ Carientismos est quo duro relatu gratius proferuntur. vt cum interrogantibus si quis quesierit. respondetur bona fortuna. ex quo intelligitur neminem nos quesiuisse.

Enigma

Obscuris sermo quasi mirandus fit enigma.
Patrem progenies occidit matris in aluo.
Quam mater genuit generauit filia matrem

¶ Enigma est obscura sententia per obscuraz similitudinē rerum. vt patrem progenies occidit matris in aluo. et de beato thoma intelligit. Nam ipse erat pater animarum. progenies vero humana occidit eū predicantē in aluo matris. scz ecclesie. quā mater genuit. Per matrē significat aquā in glaciem crescere. et ex eadem effluere.

Paranomia.

Si preponatur prouerbia publica dices
Esse paranomiam/lupus est sermone sub isto.

¶ Paranomia est accōmodatum rebus tēporibusqz prouerbiū. vt lupus est sermone sub isto. Erāt eīn aliqui de eo fabulantes. et ecce veniet q̄dā odiosus eis. vt sermo retrahatur. alter eorū dicet hoc prouerbiū. Lupus est in fabula. qd̄ etiam a rusticis est vsitatum.

Sarcasmos.

Sarcasmos solet hostilis derisio dici.
Auxiliante modo dicendi significata.

¶ Sarcasmos est plena odio atqz hostilis derisio auxiliante modo dicendi significata. i. q talis derisio fiat cum modo. vt hic. En agros et quā bello troiane petisti Hesperiam metire iacēs. Sarcasmos est illa figura quā cōmittimus mordendo aliquem in sermonem.

Sexta. Ironia.

Per voces dictis contraria dant ironiam.

¶ Ironia est sermo p contrariū ostendēs qd̄ conuiciatur. vt hic. I nunc et meriti lectuz reuerere parentis. Et dicitur ab yron qd̄ est eleuare. q in

sermone yronico eleuamus vultũ ꝛ gestum.

Septia ãtismos

Urbane ludens verbis non concitus ira
Antismo facies/hyrcos mulgere laboras.

¶ Antismos est figura multiplicis ꝛ numerose virtutis. Antismos enim vocatur quicquid mistica simplicitate caret. et faceta satis vrbanitate cõpositũ est. vt patet hic. Hyrcos mulgere laboras. qđ tantũ valet quantuꝫ nichil facis. Ecce pulchrũ exemplũ antismos. Bauius ꝛ meuius fuerunt duo poete parũ scientes/ꝛ multũ odiebãt virgiliuꝫ. Uirgilius cũ de hoc perpendens vrbane voluit eos deludere:ꝛ ꝯposuit ista duo carmina. Qui bauium nõ odit amet ista carmina meui. Atqꝫ idẽ iūgat vulpes ꝛ mulgeat hyrcos. Quasi dicat ꝙ vtriusqꝫ carmina vilia erãt ꝛ tm̃ facit qui sequit ea quantũ qui iungit vulpes:ꝛ mulget hyrcos.

Omozeusis.

Est homozeusis quando rem significabis
Ex alia cui rem possis conferre priorem
Que fit nota magis per eam que notior extat
Tres species icon paradigma parabola subsunt

¶ Omozeusis est vnius voce rei per similitudinẽ eius que magis est nota demonstratio. huius species sunt tres. videlicet icon parabola et paradigma. Et dicitur ab omos quod est simile et zeusis iunctio: quasi similis iunctio. Subsequenter declarat easdẽ species.

Icon. pabola.

In simili genere qui comparat/efficit icon
Hec solet ex vsu quandoqꝫ parabola dici
Sed dici poterit de iure parabola/si quis
Inter dissimiles res compara/vt puta semen
Est euangelium quod nutrit bona terra
Et petra suscepit quod spine detinuerunt.

¶ Icon est personarum inter se vel eorum que personis accidunt comparatio. Vt os humerosqꝫ deo similis. Interpretatur icon imago. Et nota in exemplo predicto fit comparatio enee ad deum in pulchritudine. Hec figura ex vsu dici solet parabola de iure. i. proprie est rerum genere dissimilium comparatio. Vt puta semen. ꝛc̃. hoc exemplum. Similitudo exempli patet sic. Uerbum dñi preceptum in corde boni viri nutrit hoc est fructificat. et in corde mali viri non. Sed hoc per similitudinẽ clarius ostenditur. Semen comparatur euangelio siue verbo domini. bona terra comparatur bono cordi. petra comparatur malo cordi.

Paradigma.

Hic paradigma facit:qui primũ comparat/ꝛ post
Assignat simile:domini sunt semina verba.
Spine diuitie/mens arida petra vocatur.

¶ Paradigma est enarratio hortatis vel deridetis. Et fit qñ primo fit cõparatio ⁊ postea per similitudinẽ illa talis comparatio declaraẽ. vt p3 in littera Nam facta est mentio de semine de spinis ⁊ de petra. Et postea illi termini declarant hoc modo. Semina sũt verba dñi. Spine sunt diuitie. Petra est mens arida. Per modum hortãtis fit paradigma. vt hic. Antenor potuit mediis elapsus achiuis. Illiricos penetrare sinus. ⁊c. Per modum deridetis. vt An nõ sic. Frigus penetrat lacedemonie pastor ledamq3 helenam troianas vexit ad vrbes.

Alterius vox vna tenens vim prepositiue
Vt supra pro de fit protheseos paralange. — Protheseos. Paralãge.

¶ Executo sigillatim de figuris fm ordinem donati in barbarismo. Hic prosequitur de quibusdam figuris que possũt retorqueri diuersimode ad predictas possũt enim fm diuersos respect⁹ poni sub methaplasmo schemate vel tropo. Dicit ergo q̃ protheseos paralange est prepositionis pro aliena ꝓpositiõe positio. vt super ꝓ de. vt in Virgilio. Multa sup priamo .i. de. et ibi. Benedicta tu in mulieribus .i. inter.

Cum plus significas dices minus hec tibi fiet
Liptota / fit sub ea firmando negatio bina — Liptota

¶ Liptota est amplioris significationis oratio. vt cum dicitur nonnunq̃ legi .i. multotiens legi. Et habet fieri per negationem magis affirmando sententiam. vt non mediocriter conturbatur animus meus id est valde cõturbatur.

Describendo locum tropographiam faciemus — Tropographia.

¶ Tropographia est loci descriptio: vt in Ouidio. Est sinus adducos modice falcatus in arcus. Et dicitur a tropos qđ est ꝟra ⁊ graphos scriptura

Cronographia solet sertum describere tempus — Cronographia.

¶ Cronographia est temporis descriptio. vt in Ouidio. Nanq3 sub aurora iam dormitante lucerna. Tempore / quo cerni somnia vera solet. ⁊c. Et dicitur a cronos tempus et graphos scriptura.

Si dicatur agens patiens res vel vice versa
Siue modo simili tibi sit constructio facta
Fiet hypallagium: perflauit fistula buccas — Hypallagium.

¶ Hypallage est ordo sententie cum verbis mutatis. Fit enim quando agens ponitur pro patiente. vel econuerso. vt patet in littera. Perflauit fistula buccas id est bucce perflauerunt fistulam. Et dicitur hyper al mutatio et logos sermo.

Personãq3 nouam formans dat prosopopeiam. — Prosopopeia.

¶ Prosopopeia est noue persone fictio. Fit enim quando res animata ⁊ rationalis loquitur ad inanimatam. vel econuerso. vel quando rationale loquitur ad irrationale. vel econuerso.

Capitulum duodecimum.

Apostro-pha.

Absenti sermo directus apostropha fiet
Sic loquor absenti scripto dum mitto salutem

¶ Apostropha est sermonis a personis ad personam directio. Et fit vt si factus fuerit sermo de aliquo i tertia psona. postea dirigatur ad eundē in secunda psona. huius exempla multa reperies in autoribus.

Endia-dis.

Est adiectiuum substantiuo resolutum
Aut econuerso/sic endiadim tibi formo
Armatūq viru designo per arma virumq.
Armatoq viro decet arma virumq notare.

¶ Endiadis est adiectiui i substantiuū vel substātiui in adiectiuū pmutatio siue resolutio. vt in Virgilio. Arma virūq car. ʒ. i in lfa. Armatūq virum. ꝛc. Et fit duobus modis. scz cōiunctim ꝛ diuisim. Cōiunctim fit qn̄ adiectiuū et substantiuū ponunt in lfa. vt armatū virū. Diuisim qn̄ solū adiectiuū ponitur vel solum substantiuum.

Ecbasis.

Extra materiam describens vana vagatur
Autor: ad hanc plures ecbasim dixere figuram

¶ Ecbasis est quedam euagatio materie: vel est digressio quedā a principali materia. Sed nota q hec figura nichil valet nisi reuertatur ad propositum: quod si fiat pulchra est.

Empha-sis.

Emphasis efficitur si fixum proprietatem.
Significans ponis vbi debet mobile poni
Sic loquor expresse dicens dauus est scelus ipsum

¶ Emphasis est expressiua locutio. Et fit quando ponitur aliquid subiectum et sibi aliqua proprietas. Vt dauus est scelus ipsum. i. ipse dauus est sceleratus ꝛ non alius ita sicut ipse.

Ephle-gesis.

Est ephlegesis exponens dicta priora.

¶ Ephlegesis est succincta expositio precedentiū. vt hic. Legerat huius amor titulū nomēq libelli. Et hoc fit ad exprimendā sententiā intentam.

Eupho-nia.

Cum recitas quod turpe sonat dic euphoniamq
Circuit hec ꝛ reliquie dant religioq.

¶ Euphonia est bona sonoritas in dictione considerata. vt in hac dictione circuit et non circuiit. reliquie et non reliquie. religio ꝛ non relligio meridies et non medidies.

Lepos.

Dicitur esse lepos sermo directus ad vnum
Vtens plurali velut hic nostis bene presul.

¶ Lepos interpretatur vrbanitas loquendi. Et est lepos ad vnam personam pluralis numeri sermonis directio vt patet in littera. Nostis bene presul. i. presulatus. Hec figura inuenta est causa honoris.

Pro numero numerum pro casu ponere casum — *Antiptosis vel antithesis.*
Te facit antiptosis inter se plurima iungens
Sepius audiui tēpus pro tempore poni.
Ludere ludebant ad ludendum vocabunt
Inq3 propheciis mutantur tempora sacris.

¶ Antiptosis est accidentis pro accidente positio. Et fit quando ponit casus pro casu. vt vrbem quam statuo vestra est. Numerus pro numero insquantū resultat impropietas in constructibilibꝰ. vt turba ruunt vel aliter. vt multo milite. i. multis militibus. Tēpus pro tempore. vnde Virgilius. Exaudiri gemitus pro exaudiebat. Et in prophetiis ponitur preteritū pfectum pro futuro. vt in Daniele. Fuit hyems a siciis regionibus. i. aderit Et hoc fit causa maioris certitudinis.

Verba per antiteton respondent vltima primis. — *Antitetō.*
Sunt daniel noe iob rector castusq3 maritus

¶ Antiteton prout hic sumit est subsequentiū ad pcedentia retributio. vt cū singula singulis correspondēt. vt p3 in littera. Sunt daniel. etc̄. Castus reducitur ad sc̄ daniel. rector ad noe. maritus ad iob.

Respondens ad ea tibi que sunt adiicienda. — *Antipophora.*
Des antipophoram/cum nil obiiciatur

¶ Antipophora est tacite obiectioni prelata responsio. ⁊ hoc sonat in littera. Exemplum habetur in Ouidio. ibi sc3. Omis nanq3 tuo senior te querere misso. Retulerat nota nestor at ille michi.

Sensus appositos notat anticlesis eodem — *āticlesis.*
Verbo non obsto/sed toto posse resisto.

¶ Anticlesis est oppositio continue sententie id orationi ɔtraria. vt p3 in littera. Non obsto sed toto posse resisto. Et dicitur ab anti quod est contra et clasis sententia.

Cum verbis vertit antimetabola sensum — *Antimetabola.*
Non vt edas viuis/sed edas vt viuere possis.

¶ Antimethabola est in oratione ɔtinuatio sermonis sentētia permutata vt p3 in lr̄a. Non vt edas viuis: sed edas vt viuere possis.

Incipimus quicq̄ fari quandoq3/sed illud — *Aposiopasis*
Vltro: desinimus intercipimusq3 tacendo.
Vult aposiopasis dici defectio talis.

¶ Aposiopasis in coloribus rhetorice dr̄ precisio. Aposiopasis est sententie per orationem interpretatio. ⁊ fit qn̄ incipimus fari quicq̄ ⁊ vltro .i. voluntarie desinimus illud quoq3 quod cepimus illud tacendo. vt ī hoc exemplo Therentij. Egone illa3: que me: que illum. etc̄. ⁊ hic. Nunquid ego

recolo que tu. sed dicere nolo.

Euphonismus. Est euphonismus pro verbo ponere verbum
Exultat domini laudem mea lingua superni.
¶ Euphonismus est positio verbi pro verbo. vt i psalterio. Exultauit lingua mea iusticiam tuam. i. cum exultatione decantauit. Hoc etiam patet in littera. Exultat domini laudem mea lingua.

Synepthesis. Contingens verbi mutat sinepthesis ecce.
Unica facta mulier: que sunt modo plures.
Ista sed in nostrum mutatio non venit vsum
¶ Synepthesis est accidentis permutatio in oratione diuersa. Et fit duobus modis. Primo modo qn̄ fit permutatio numerorū. vt patet in littera. Unica facta fuit mulier. ⁊c. ⁊ ɔtinetur sub sylepsi. Scḋo modo qn̄ fit permutatio personarū. vt hic. Dn̄i est salus. ⁊ sup populum tuum benedictio tua. Et hec species reducitur ad apostropham. Nota ꝙ hec figura nobis non licet. Ideo dicit. Ista sed in nostrum.
Dicuntur bina species synepthesis esse
Scilicet hec et ea qua personam variamus
Nobis parce deus nostros lauet ille reatus
¶ Quasi dicat ꝙ synepthesis fit duobus modis. vt diximus ante. Species synepthesis dicuntur esse bine. s. hec supple de q̄ dictū est in p̄cedentib⁹ versibus. ⁊ ea qua. i. p quā variamus. i. mutamus p̄sonā vt pꝫ ibi. Nobis parce deus nostros. lauet ille reatus. Ecce pmo in scḋa p̄sona loquimur cū dicimus parce. Deinde in tertia cū dicimus lauet.

Oliopomenon. Vult oliopomenon ex dictis plura notare
Moto sermone: sic plura licet memorare
Urit amor paridem nuptam rapit armat atridem.
Ultio pugnatur fit machina troia crematur.
¶ Oliopomenon est sub paucis verbis multorum comprehensio. vt patet in textu autoris in quo per duos versiculos historia troiana continetur Et dicitur ab olion quod est totum ⁊ polo polis et menc defectus quasi totius fictio cum defectu.

omophesis. Exponens erit omophesis non nota per eque
Vel magis ignota: alchitrop dic esse caussam
Que tenet alidadam cum baldagora sociatam
¶ Omophesis est expositio ignoti per magis vel eque notum vt cū dr̄ qd̄ sit homo. r̄ndeat antropos. Idē est i exēplo lr̄e. Pro cuius euidētia nota ꝙ in astrolabio sunt quedam tabule ad modum ligni. vel lapidis disposite: quarū vna dicit aldada: alia valdagora que ad inuicem cōiuncte sunt

mediante canulla que dicitur alchitrop.

Sepe prius dicta geminat tibi theologia.
Epimenonq3 notat hec si repetitio fiat
Ut quod dicetur sic certius esse probetur
Expectando dauid expectans sic geminauit.

¶ Epimenon est eiusdem dictionis repetitio inmediata. vt in psalmo. Expectans expectaui dñm. Hec figura multū reperit in sacra pagina. Ideo dicit. Theologia geminat tibi sepe dicta prius. Et hoc fit vt id quod dicitur sic probetur esse certius Deinde ponit exemplum dauid prophete dicens. Expectando dauid expectans sic geminauit.

Antroposbatos

Si que sunt hominis assignentur deitate
Antroposbatos est sic sepe dei legis iram

¶ Antroposbatos est cum humane proprietates assignantur in esse deo sic. Tu sepe dei legis iram. vt in psalmista. Domine ne ī furore tuo arguas me. neq3 in ira tua corripias me. Irasci eñi et furere ad homines spectant et non ad deum.

Omopation.

Si sunt res alique concordi federe nexe.
Id quod inest vni reliquam dices operari
Sic linguā cordi concordem dic meditari.
Ac omopation istam dic esse figuram.

¶ Omopation vel homopassion est attributio vnius partis alteri vt innuit littera. Construe igit sic. Si alique res sunt nexe. i. coniuncte ꝯcordi federe tu dices aliquam id est alteram earum operari. id est inest vni ipsarū Deinde exemplificat dicens. Sic linguam cordi concordem dic meditari. Lingua enim et cor sunt res coniuncte concordi federe. nam ligua proferre habet cor vero meditari. Si ergo attribuo proprietatem cordis lingue vel econuerso committo figuram predictam. vt dicendo. Lingua meditatur et cor loquitur.

Nil reor assertum quod non queat esse tenendum
Pluraq3 signaui que non debes imitari.

¶ Quoniam exigitur modus sciendi in sciencia demonstrata. hinc est ꝙ autor finiturus positum et concludens docet modum intelligendi ea que dixit. Et quia triplex est grammatica: scilicet preceptiua permissiua et prohibitiua. Ideo concludens se excusat preceptiuam precepisse. & permissiuam permisisse. & prohibitiuam prohibuisse ¶ Cōstrue sic. Nil reor assertum. id est confirmatum in isto opere quod non queat esse tenēdum. Uel sic. Nil reor esse tenendum quod non queat esse assertum. id est confirmatum per autores seu per aliquos autorum.

Capitulũ duodecimũ de figuris.

Doctrinale dei virtute iuuante peregi.
Grates reddo tibi genitor deus/ et tibi christe.
Nate dei deus/ atq; tibi deus alitus alme.
Quas tres personas in idem credo deitatis.

¶ Quia non est opus rectiuum cuius deus non est finis et initium. Hinc autor cognoscens regratiatur deo patri deo filio et deo spiritui sancto. A quo incipit: per quem mediauit: et in quo opus suũ debite consummauit. ¶ Cõstrue ergo sic. Ego peregi. i. expleui doctrinale. scilicet qd in principio huius operis dixi me parare scribere. virtute dei. id est virtute que deus est iuuãte. hoc est causante. Est enim deus causa oĩm bonoꝝ per se. Unde. O genitor deus ego reddo tibi grates. id est gratias. Et o christe nate dei. deus appositiue. tibi reddo grates. Atq; pro et. o alitus alme. id ẽ spũs sctẽ deus. ego reddo tibi grates. Quas tres ꝑsonas. scilicet patris et filij et spiritussancti ego credo in idem deitatis. id est in vnam deitatẽ vis unitatis. Ac si diceret. quas tres personas credo esse vnicum deum. licet alia persona sit patris. alia persona filij. et alia persona spiritussancti. Quiquidem vnus deus sit in seculorum secula benedictus. Amen.

¶ Libro doctrinali Alexandri
vigilanter correcto Ri-
chardus Pynson finẽ
felicem imprimere
iubet. Anno
dñi. M.
ccccc.
xvi.







Richard pynson

Richard pynson

102 ff.